

**СЕМЬ КНИГ НАЗИДАТЕЛЬНОГО
ОБУЧЕНИЯ, или ДИДАСКАЛИКОН**

**HUGONIS DE SANCTO VICTORE
DIDASCALICON**

© (Перевод с латинского Ю.П. Малшина по изданию:
Patrologiae cursus completus. Series Latina. Ed. J. P. Migne. T. 176. Paris, 1878.)

PRAEFATIO

LIBER PRIMUS

LIBER SECUNDUS

LIBER TERTIUS

<p>Книга первая. ОБ УМЕНИИ ЧИТАТЬ</p>	<p>DE STUDIO LEGENDI Praefatio</p> <p>Multi sunt quos ipsa adeo natura ingenio destitutos reliquit ut ea etiam quae facilia sunt intellectu vix capere possint, et horum duo genera mihi esse videntur. nam sunt quidam, qui, licet suam hebetudinem non ignorent, eo tamen quo valent conamine ad scientiam anhelant, et indesinenter studio insistentes, quod minus habent effectu operis, obtinere merentur effectu voluntatis. ast alii quoniam summa se comprehendere nequaquam posse sentiunt, minima etiam negligunt, et quasi in suo torpore securi quiescentes eo amplius in maximis lumen veritatis perdunt, quo minima quae intelligere possent discere fugiunt. unde psalmista: Noluerunt, inquit, intelligere ut bene agerent. longe enim aliud est nescire atque aliud nolle scire. nescire siquidem infirmitatis est, scientiam vero detestari, pravae voluntatis. est aliud hominum genus quos admodum natura ingenio ditavit et facilem ad veritatem veniendi aditum praestitit, quibus, etsi impar sit valitudo ingenii, non eadem tamen omnibus virtus aut voluntas est per exercitia et doctrinam naturalem sensum excolendi. nam sunt plerique qui negotiis huius saeculi et curis super quam necesse sit impliciti aut vitiiis et voluptatibus corporis dediti, talentum Dei terra obruunt, et ex eo nec fructum sapientiae, nec usuram boni operis quaerunt, qui profecto valde detestabiles sunt. rursus aliis rei familiaris inopia et tenuis census discendi facultatem minuit. quos tamen plene per hoc excusari minim posse credimus, cum plerosque fame siti nuditate laborantes ad scientiae fructum pertingere videamus. et tamen aliud est cum non possis, aut ut verius dicam,</p>
---------------------------------------	---

	facile non possis discere, atque aliud posse et nolle scire. sicut enim gloriosius est, cum nullae suppetant facultates, sola virtute sapientiam apprehendere, sic profecto turpius est vigere ingenio, divitiis affluere, et torpere otio.
--	---

<p>ГЛАВА I. О ДВУХ ГЛАВНЫХ СРЕДСТВАХ ОБРЕТЕНИЯ ПОЗНАНИЙ</p> <p>Есть два главных средства обретения познаний - чтение и размышление, из которых при обучении первым идет чтение. И в этой книге излагаются правила чтения.</p> <p>Существует три непреложных для чтения правила. Во-первых, нужно знать, что читать; во-вторых, в каком порядке, то есть что читать сначала, а что потом; и, в-третьих, как читать.</p> <p>Об этих трех правилах и идет последовательно речь в этой книге.</p> <p>Кроме того, в ней содержатся наставления в чтении как мирских, так и божественных книг, поэтому она делится на две части, каждая из которых имеет три раздела.</p> <p>Первая часть - о чтении книг по свободным искусствам, вторая же - о чтении божественных писаний. Прежде всего она содержит поучения, как определить, что именно следует читать, затем - в каком порядке и каким образом должно читать. Дабы знать, что нужно читать, в первой части сначала определяется происхождение всех искусств, затем дается их описание и уста навливаются связи между ними, то есть как какое-либо из них продолжает другое или само является продолжением другого, начиная с философии как высшего искусства и кончая последним из них.</p> <p>После этого указываются родоначальники искусств, а далее определяется, о каких из этих искусств нужно читать в первую очередь; затем - в каком порядке и как надлежит читать.</p> <p>Наконец, читающим предписываются правила жизни, и на этом первая часть заканчивается.</p> <p>Во второй части дается определение, какие писания называются священными, затем</p>	<p>Duae praecipue res sunt quibus quisque ad scientiam instruitur, videlicet lectio et meditatio, e quibus lectio priorem in doctrina obtinet locum, et de hac tractat liber iste dando praecepta legendi.</p> <p>tria autem sunt praecepta magis lectioni necessaria: primum, ut sciat quisque quid legere debeat, secundum, quo ordine legere debeat, id est, quid prius, quid postea, tertium, quomodo legere debeat.</p> <p>de his tribus per singula agitur in hoc libro.</p> <p>instruit autem tam saecularium quam divinarum scripturarum lectorem. unde et in duas partes dividitur, quarum unaquaeque tres habet distinctiones.</p> <p>in prima parte docet lectorem artium, in secunda parte divinum lectorem. docet autem hoc modo, ostendendo primum quid legendum sit, deinde quo ordine et quomodo legendum sit.</p> <p>ut autem sciri possit quid legendum sit aut quid praecipue legendum sit, in prima parte primum numerat originem omnium artium deinde descriptionem et partitionem earum, id est, quomodo unaquaeque contineat aliam, vel contineatur ab alia, secans philosophiam a summo usque ad ultima membra.</p> <p>deinde enumerat auctores artium et postea ostendit quae ex his videlicet artibus praecipue legendae sint. deinde etiam quo ordine et quomodo legendae sint, aperit.</p> <p>postremo legentibus vitae suae disciplinam praescribit, et sic finitur prima pars.</p> <p>in secunda parte determinat quae scripturae divinae appellandae sint, deinde numerum et</p>
--	---

<p>указываются число и порядок божественных книг, их авторы и переводы названий.</p> <p>После этого говорится о некоторых особенностях наиболее нужных божественных писаний, а далее - о том, как должно читать Священное Писание тем, кто ищет в нем наставления в добрых нравах и образе жизни.</p> <p>А в конце даны поучения тем, кто читает его ради любви к познаниям, и этим кончается вторая часть.</p>	<p>ordinem divinatorum librorum et auctores eorum et interpretationes nominum.</p> <p>postea agit de quibusdam proprietatibus divinae scripturae quae magis sunt necessariae. deinde docet qualiter legere debeat sacram scripturam is qui in ea correctionem morum suorum et formam vivendi quaerit.</p> <p>ad ultimum docet illum qui propter amorem scientiae eam legit, et sic secunda quoque pars finem accipit.</p>
---	---

<p>ГЛАВА II. О ПРОИСХОЖДЕНИИ ИСКУССТВ И ДУХОВНОМ СОВЕРШЕНСТВЕ</p> <p>Самой желанной для человека является мудрость, в которой заключена форма совершенного блага.</p> <p>Мудрость просветляет человека, и благодаря ей он начинает познавать себя после того, как, подобный прочим тварям, он не понимал, что сотворен превыше их.</p> <p>Ведь бессмертный дух, озаренный мудростью, прозревает свои истоки и сознает, сколь низменным он был, когда искал что-то вне себя, тогда как ему достаточно было бы постигнуть, что он сам есть.</p> <p>И написано на треножнике Аполлона: "Познай самого себя", ибо, несомненно, что если человек помнит о своем происхождении, то он понимает ничтожество всего того, что переменчиво.</p> <p>Философы утверждают: "Душу следует признать составленной из всех природных начал".</p> <p>И в платоновском "Тимее" сказано: "Это делимая и неделимая смешанная субстанция; она та же самая и различная, обладающая двойкой природой, называемой энтелехией".</p> <p>Она способна, следовательно, и свое происхождение постичь, поскольку благодаря рассудку понимает невидимые причины вещей, а благодаря чувственному восприятию познает видимые формы</p>	<p>CAPUT I De origine artium</p> <p>Omnium expetendorum prima est sapientia, in qua perfecti boni forma consistit.</p> <p>sapientia illuminat hominem ut seipsum agnoscat, qui ceteris similis fuit cum se prae ceteris factum esse non intellexit.</p> <p>immortalis quippe animus sapientia illustratus respicit principium suum et quam sit indecorum agnoscit, ut extra se quidquam quaerat, cui quod ipse est, satis esse poterat.</p> <p>scriptum legitur in tripode Apollinis: γινῶτι σεαυτόν, id est, cognosce te ipsum, quia nimirum homo si non originis suae immemor esset, omne quod mutabilitati obnoxium est, quam sit nihil, agnosceret.</p> <p>probata apud philosophos sententia animam ex cunctis naturae partibus asserit esse compactam.</p> <p>et Timaeus Platonis ex dividua et individua mixtaque substantia, itemque eadem et diversa, et ex utroque commixta natura, quo universitas designatur, entelechiam formavit.¹</p> <p>ipsa namque et initia et quae initia consequuntur capit, quia et invisibiles per intelligentiam rerum causas comprehendit, et visibiles actualium formas per sensuum passiones colligit, sectaque in orbes geminos motum glomerat, quia sive per</p>
--	---

¹ Platona Timaijā "No dalāmā un nedalāmā un jauktā substance, kas gan tā pati gan pretēja, un no abām sajakta daba, ar ko tiek apzīmēta vispārība, veido entelehiju."

<p>действительности; она как бы совершает двоякое круговое движение, когда либо с помощью чувств обращается к чувственно воспринимаемому, либо с помощью рассудка восходит к невидимому и, постигая подобие вещей, возвращается к самой себе.</p> <p>И дело в том, что ум, объемлющий Вселенную, соразмерно составлен из всех субстанций и природ по принципу подобия. Ведь пифагоровское правило гласит: "Подобное подобным постигается", а значит, если бы разумная душа не состояла бы из всего, то никоим образом не могла бы всего понимать.</p> <p>И сказал некто: "Землю постигаем с помощью земного, эфир с помощью огня, воду с помощью влажности, а воздух с помощью Дыхания". Нам, однако, следует оценить этих многоопытных во всякой природе вещей мужей не за то, что они поняли, как приумножаются возможности души за счет составляющих ее частей, ибо это свойственно и простым сущностям, а за то, что они ясно указали на ее чудесные потенции, говоря о том, что она состоит из всех природ и важно не само их сочетание, а принцип сочетания.</p> <p>Не следует думать, что это подобие всем вещам пришло к душе откуда-то извне; скорее всего она его обретает сама в себе, благодаря собственной способности, как порожденное ею же с помощью некой потенции.</p> <p>Ведь сказал же Варрон в "Перифизи-оне": "Не всякая причина изменения вещи бывает внешней, и для ее изменения необходимо, чтобы она либо что-то утратила из того, что имела, либо получила извне что-нибудь, чем до этого не обладала.</p> <p>Мы видим, как под воздействием внешней формы что-либо может получить подобие какого-нибудь образа: так мастер может выбить какое-нибудь изображение на металле, но сам металл при этом не по внешней причине, а благодаря</p>	<p>sensus ad sensibilia exeat sive per intelligentiam ad invisibilia ascendat.</p> <p>ad seipsam rerum similitudines trahens regyrat,</p> <p>et hoc est quod eadem mens, quae universorum capax est, ex omni substantia atque natura, quo similitudinis repraesentet figuram, coaptatur². Pythagoricum namque dogma erat similia similibus comprehendi³, ut scilicet anima rationalis nisi ex omnibus composita foret, nullatenus omnia comprehendere posset,</p> <p>secundum quod dicit quidam: Terram terreno comprehendimus, aethera flammis, Humorem liquido, nostro spirabile flatu. nec tamen existimare debemus viros in omni rerum natura peritissimos hoc de simplici essentia sensisse, quod ulla se partium quantitate distenderet, sed, ut apertius mirabilem eius demonstrarent potentiam, dicebant ex omnibus naturis constare, non secundum compositionem sed secundum compositionis rationem.</p> <p>neque enim haec rerum omnium similitudo aliunde aut extrinsecus animae advenire credenda est, sed ipsa potius eam in se et ex se nativa quadam potentia et propria virtute capit.</p> <p>nam sicut Varro in Periphysion dicit: Non omnis varietas extrinsecus rebus accidit, ut necesse sit quidquid variatur, aut amittere aliquid quod habuit, aut aliquid aliud et diversum extrinsecus quod non habuit assumere.</p> <p>videmus cum paries extrinsecus adveniente forma imaginis cuiuslibet similitudinem accipit.</p> <p>cum vero impressor metallo figuram imprimit, ipsum quidem non extrinsecus, sed ex propria virtute et naturali habilitate aliud iam aliquid</p>
--	---

² *coaptare* fit, join together; *sapasēt*

³ *similia similibus comprehendi* līdzīgu ar līdzīgu būt izteicamu; līdzīgam līdzīgu izteicot; līdzīgo līdzīgā ietverot; līdzīgam līdzīgo uztverot

<p>собственному свойству и естественной способности приобретает какой-либо образ".</p> <p>Так, несомненно, и ум, отмеченный подобием всех вещей, способен все охватить и все понять, но способность эта не самоочевидна, а содержится в потенции.</p> <p>И в этом главное достоинство нашей природы, каковым все люди в равной мере обладают, но не все это сознают.</p> <p>Ибо дух, усыпляемый плотскими страстями и отвлекаемый от самого себя чувственными формами, забывает о том, чем он был, и ничего иного о себе не помнит и ни во что иное не верит, как только в ощущаемое.</p> <p>Однако истинное учение способно исправить дух, и тогда мы познаем нашу природу, если понимаем, что искать истину нужно не вне себя, а в нас самих.</p> <p>И высшим утешением в жизни становится постижение мудрости, и тот, кто вкусил ее, обретает счастье, а кто овладел ею, достигает блаженства.</p>	<p>representare incipit.</p> <p>sic nimirum mens, rerum omnium similitudine insignita, omnia esse dicitur, atque ex omnibus compositionem suscipere, non integraliter, sed virtualiter atque potentialiter continere, et haec est illa naturae nostrae dignitas quam omnes aequae naturaliter habent, sed non omnes aequae noverunt.</p> <p>animus enim, corporeis passionibus consopitus et per sensibiles formas extra semetipsum abductus, oblitus est quid fuerit, et, quia nil aliud fuisse se meminit, nil praeter quod videtur esse credit.</p> <p>reparamur autem per doctrinam, ut nostram agnoscamus naturam, et ut discamus extra non quaerere quod in nobis possumus invenire.</p> <p>summum igitur in vita solamen est studium sapientiae, quam qui invenit felix est, et qui possidet beatus.</p>
---	---

<p>ГЛАВА III. О ТОМ, ЧТО ВЛЕЧЕНИЕ К МУДРОСТИ ЯВЛЯЕТСЯ ФИЛОСОФИЕЙ</p> <p>Первым, кто назвал влечение к мудрости философией, был Пифагор, который предпочитал, чтобы о нем говорили как о философе, то есть любителе мудрости, а не мудреце. До него же употребляли понятие "мудрец".</p> <p>И право же, гораздо лучше называть тех, кто ищет истину, любителями мудрости, нежели мудрецами, ибо несомненно, что всякая истина сокрыта до тех пор, пока не воспыхает к ней ум великой любовью и не поднимется на ее поиски, чтобы, преодолев трудности, постичь ее.</p> <p>Влекомый же философией к истинным вещам, он и свою неизменную субстанцию постигает и создает соответствующее учение.</p> <p>Итак, философия - это любовь, влечение к мудрости и своего рода дружба с ней, но мудрости не той, что запечатлена на каких-либо железных скрижалях и облечена в</p>	<p>CAPUT II Quod studium sapientiae philosophia sit</p> <p>Primus omnium Pythagoras studium sapientiae philosophiam nuncupavit, maluitque φιλόσοφος dici, nam antea σοφοί, id est, sapientes dicebantur.</p> <p>pulchre quidem inquisitores veritatis non sapientes sed amatores sapientiae vocat, quia nimirum adeo latet omne verum, ut eius amore quantumlibet mens ardeat, quantumlibet ad eius inquisitionem assurgat, difficile tamen ipsam ut est veritatem comprehendere queat.</p> <p>philosophiam autem earum rerum, quae vere essent suique immutabilem substantiam sortirentur, disciplinam constituit.</p> <p>Est autem philosophia amor et studium et amicitia quodammodo sapientiae, sapientiae vero non huius, quae in ferramentis quibusdam, et in aliqua fabrili scientia notitiaque versatur,</p>
--	--

<p>искусственные понятия, а той, что, не нуждаясь в этом, идет от живого ума и являет собой изначальный смысл вещей.</p> <p>Эта любовь к мудрости представляет собой озарение разумной души, обращение ее к самой себе и припоминание, так что влечение к мудрости делает душу сродни божеству и чистому уму.</p> <p>Мудрость, следовательно, всякой душе придает божественное достоинство и наделяет собственной природной силой и чистотой.</p> <p>Так, благодаря размышлениям и рассуждениям зарождается истина и появляется святое стремление к непорочности действий.</p> <p>И поскольку это возвышеннейшее благо философии соединяется с человеческими душами, то, чтобы начать об этом разговор, следует обратиться к собственным способностям души.</p>	<p>sed illius sapientiae, quae nullius indigens, vivax mens et sola rerum primaeva ratio est.</p> <p>est autem hic amor sapientiae, intelligentis animi ab illa pura sapientia illuminatio, et quodammodo ad seipsam retractio atque advocatio, ut videatur sapientiae studium divinitatis et purae mentis illius amicitia.</p> <p>haec igitur sapientia cuncto animarum generi meritum suae divinitatis imponit, et ad propriam naturae vim puritatemque reducit.</p> <p>hinc nascitur speculationum cogitationumque veritas, et sancta puraque actuum castimonia.</p> <p>quoniam vero humanis animis hoc excellentissimum bonum philosophiae comparatum est, ut viae filo quodam procedat oratio, ab ipsis animae efficientiis ordiendum est.</p>
---	---

<p>ГЛАВА IV. О ТРОЯКОЙ СИЛЕ ДУШИ И ЕДИНОМ ЧЕЛОВЕКЕ, НАДЕЛЕННОМ РАЗУМОМ</p> <p>В одушевленных телах можно обнаружить тройкую силу души. Одной силой обеспечивается только жизнь - так, чтобы зародившееся тело росло, а выросши, существовало.</p> <p>Другая - наделяет способностью чувствовать, а третья - является силой ума и рассудка.</p> <p>Функция первой из них состоит в том, чтобы помочь зарождению, питанию и росту тел, но она не дает ни рассудка, ни чувств.</p> <p>Она присуща травам и деревьям, всему, что корнями уходит в землю.</p> <p>Вторая же является составной и сложной, она охватывает первую и частично ее определяет и потому обладает по возможности разнообразными свойствами.</p> <p>Ведь всякое наделенное чувством животное и рождается, и питается, и растет.</p> <p>Чувства бывают различные, и их насчитывается до пяти. То, что только растет, не может чувствовать, а способное чувствовать в то же время и растет, и ему</p>	<p>CAPUT III De triplici vi animae et solum hominem ratione praeditum</p> <p>Triplex omnino animae vis in vegetandis corporibus deprehenditur, quarum una quidem vitam solum corpori subministrat, ut nascendo crescat, alendoque subsistat.</p> <p>alia vero sentiendi iudicium praebet. tertia vi mentis et ratione subnixta est.</p> <p>quarum quidem primae id officium est, ut creandis, nutriendis alendisque corporibus praesto sit, nullum vero praestet rationis sensusve iudicium.</p> <p>haec autem est herbarum atque arborum, et quidquid terrae radicitus affixum tenetur.</p> <p>secunda vero composita atque coniuncta est, ac primam sibi sumens, et in partem constituens varium de quibus potest capere, ac multiforme iudicium capit.</p> <p>omne enim animal, quod sensu viget, idem et nascitur, et nutritur, et alitur.</p> <p>sensus vero diversi sunt, et usque ad quinarium numerum crescunt ita quidquid tantum alitur, non etiam sentit, quidquid vero sentire potest, etiam alitur, ei prima quoque vis animae,</p>
---	--

<p>присуща также и первая сила души, обеспечивающая рождение и питание. Наделенные чувствами не только ощущают формы тел в их присутствии, но и сохраняют образы познанных с помощью чувств тел, когда те исчезают из поля ощущения, и таким образом вырабатывают память, которая может быть долгой или короткой в зависимости от вида живого существа.</p> <p>Но животные собирают эти смутные и невидимые образы так, что ничего не могут соединить и составить из них, а потому неспособны все вспомнить в равной мере, и когда забывают, то не в состоянии восстановить забытое.</p> <p>И они не имеют никакого понятия о будущем.</p> <p>Третья же сила души влечет за собой две первые силы и пользуется ими как подчиненными и прислуживающими ей, и она целиком заключена в рассудке, проявляя себя либо в твердых суждениях о присутствующих вещах, либо в размышлениях об отсутствующих, либо в изысканиях неизвестных вещей.</p> <p>Она Присуща только человеческому роду, который способен с ее Помощью не только чувствовать и создавать законченные и Упорядоченные представления, но и благодаря размышлению, питаемому воображением, давать также объяснения и умозаключения.</p> <p>Природе человека для познания недостаточно лишь восприятия чувствами, ибо она способна с помощью воображения составлять понятия об ощущаемом и давать названия отсутствующим вещам, и то, что она постигает силой рассудка, она делает понятным, давая ему наименования.</p> <p>Свойственно такой природе и то, что она через известное исследует неизвестное, стремясь узнать, существует ли что-либо, что оно собой представляет, равно как и почему существует.</p> <p>Такую тройную силу души получила в удел, как сказано, одна лишь природа человека. И третья сила души движет разумом, побуждая его продвигаться по четырем</p>	<p>nascendi scilicet atque nutriendi, probatur esse subiecta.</p> <p>quibus vero sensus adest, non tantum eas rerum capiunt formas quibus sensibili corpore feriuntur praesente, sed abscedente quoque sensu sensibilibusque sepositis, cognitarum sensu formarum imagines tenent, memoriamque conficiunt, et prout quodque animal valet, longius breviusque custodit.</p> <p>sed eas imaginationes confusas atque inevidentes sumunt, ut nihil ex earum coniunctione ac compositione efficere possint, atque idcirco meminisse quidem nec aequae omnia, amissam vero oblivionem recolligere ac revocare non possunt.</p> <p>futuri vero his nulla cognitio est.</p> <p>sed vis animae tertia, quae secum priores alendi ac sentiendi trahit, hisque velut famulis atque obedientibus utitur, eadem tota in ratione est constituta, eaque vel in rerum praesentium firmissima conclusione, vel in absentium intelligentia, vel in ignotarum inquisitione versatur.</p> <p>haec tantum humano generi praesto est, quae non solum sensus imaginationesque perfectas et non inconditas capit, sed etiam pleno actu intelligentiae, quod imaginatio suggessit, explicat atque confirmat.</p> <p>itaque, ut dictum est, huic divinae naturae non ea tantum in cognitione sufficiunt, quae subiecta sensibus comprehendit, verum etiam ex sensibilibus imaginatione concepta, et absentibus rebus nomina indere potest, et quod intelligentiae ratione comprehendit, vocabulorum quoque positionibus aperit.</p> <p>illud quoque ei naturae proprium est, ut per ea quae sibi nota sunt, ignota vestiget, et non solum unumquodque an sit, sed quid sit etiam, et quale sit, nec non et cur sit, oportet agnoscere.</p> <p>quam triplicem animae vim sola, ut dictum est, hominum natura sortita est, cuius animae vis intelligentiae motibus non caret, qua in his quattuor proprie vim rationis exercet⁴.</p>
--	--

⁴ ar ko (natura, vis) ie šiem četriem Īsti prāta spēku (anima) darbina

<p>разным направлениям. Или расследует существование чего-либо, а установив, что существует, стремится понять, что оно собой представляет; обретя же познания относительно всего этого, душа с помощью разума изучает качества познаваемого предмета, в том числе и случайные признаки. Познав это, она обращается к причинам и изучает их, прибегая все к тому же разуму. Поскольку эти действия присущи человеческому духу, что проявляется и в способности понимать видимые вещи, и размышлять о невидимых, познавать и открывать неизвестные, то на это есть и две причины, почему сила разумной души совершает такие труды: во-первых, чтобы познать природу вещей, а во-вторых, чтобы овладеть наукой до того, как придет смерть.</p>	<p>aut enim aliquid an sit inquit, aut si esse constiterit, quid sit addubitat. quod, si etiam utriusque scientiam ratione possidet, quale sit unumquodque vestigat, atque in eo cetera accidentium momenta perquirat. quibus cognitis, cur ita sit quaerit, et ratione nihilominus vestigat. cum igitur hic actus sit humani animi, ut semper in praesentium comprehensione, aut in absentium intelligentia, aut in ignotarum inquisitione atque inventionem versetur, duo sunt in quibus omnem operam vis animae ratiocinantis impendit, unum quidem ut rerum naturas inquisitionis ratione cognoscat, alterum vero, ut ad scientiam prius veniat, quod post gravitas moralis exercent.</p>
<p>ГЛАВА V. О ТОМ, ЧТО ОТНОСИТСЯ К ФИЛОСОФИИ И</p> <p>Однако, как я вижу, разговор этот завел нас в лабиринт, найти выход из которого затруднительно не столько из-за неясности изложения вопроса, сколько из-за сложности самого вопроса. Поскольку мы взялись говорить о влечении к мудрости, которое мы признали достоинством одной лишь человеческой природы, то, значит, мы согласны с тем, что мудрости предназначено быть руководительницей человеческих действий. Ведь если природа диких животных, которая не руководствуется никакими разумными суждениями, совершает свои движения под действием одних только чувственных страстей и, желая чего-то или избегая, не пользуется рассудком, а приводится в действие слепым телесным чувством, то, значит, действиями разумной души управляет не слепая страсть, но мудрость. И если это действительно так, то следует сказать, что не только стремление к познанию природы вещей или добрых</p>	<p>CAPUT IV Quae res ad philosophiam pertineant</p> <p>Sed ut video, inextricabilem⁵ iam ipso loquendi ordine labyrinthum incidimus, ubi nobis non perplexus sermo, sed res obscura difficultatem pariat. quia enim de studio sapientiae loqui suscepimus, idque solis hominibus quodam naturae privilegio competere attestati sumus, consequenter nunc omnium humanorum actuum moderatricem quandam sapientiam posuisse videmur. si enim brutorum animalium natura, quae nullo regitur rationis iudicio, motus suos secundum solas sensuum passiones diffundit, et in appetendo seu fugiendo aliquid non intelligentiae utitur discretione, sed caeco quodam carnis affectu impellitur, restat ut rationalis animae actus caeca cupiditas non rapiat, sed moderatrix semper sapientia praecedat. quod si verum esse constiterit, iam non solum ea studia in quibus vel de rerum natura vel disciplina agitur morum, verum etiam omnium</p>

⁵ *inextricabilis* neatpinkerejams

<p>нравов, но и вообще смысл человеческих действий или занятий имеет отношение к философии.</p> <p>Признав это, мы сможем так определить философию: "Философия - это наука, в полной мере постигающая основания всего человеческого и божественного".</p> <p>Это не противоречит тому, что мы сказали выше: философия - это любовь и влечение к мудрости;</p> <p>речь ведь не о той мудрости, что проявляется в прикладных познаниях, как архитектура, агрикультура и прочие того же рода, а о той, что обращается к единому смыслу, первооснове вещей.</p> <p>И может быть так, что одно и то же действие по основанию своему имеет отношение к философии, а по осуществлению - к ней не причастно.</p> <p>Пользуясь этими понятиями, можно сказать, что заниматься основами агрикультуры следует философу, а осуществлять ее - крестьянину.</p> <p>Или же взять труд ремесленника, который искусственно подражает природе, ведь он формой своего изделия, которая заимствована у природы, выражает смысл своих действий.</p> <p>Теперь ты видишь, почему мы полагаем, что философия разлита во всех человеческих действиях, и потому она должна делиться на столько разделов, сколько есть разрядов вещей, к которым она имеет отношение.</p>	<p>humanorum actuum seu studiorum rationes, non incongrue⁶ ad philosophiam pertinere dicemus.</p> <p>secundum quam acceptionem sic philosophiam definire possumus: Philosophia est disciplina omnium rerum humanarum atque divinarum rationes plene investigans</p> <p>nec movere debet quod supra diximus philosophiam esse amorem et studium sapientiae,</p> <p>non huius quae instrumentis explicatur, ut est architectura, agricultura, et cetera huiusmodi, sed eius sapientiae quae sola rerum primaeva ratio est.</p> <p>potest namque idem actus et ad philosophiam pertinere secundum rationem suam, et ab ea excludi secundum administrationem,</p> <p>verbi gratia, ut de praesenti loquamur: agriculturae ratio philosophi est, administratio rustici.</p> <p>praeterea, opera artificum, etsi natura non sint, imitantur tamen naturam, et sui exemplaris formam, quae natura est, qua imitantur, ratione exprimunt.</p> <p>vides iam qua ratione cogimur philosophiam in omnes actus hominum diffundere, ut iam necesse sit tot esse philosophiae partes quot sunt rerum diversitates, ad quas ipsam pertinere constiterit.</p>
---	--

<p>ГЛАВА VI. ОБ ОСНОВАХ ТЕОРИИ, ПРАКТИКИ И МЕХАНИКИ</p> <p>Цель и смысл всех человеческих действий или занятий, которые направляются мудростью, заключаются, следует полагать, либо в восстановлении непорочности нашей природы, либо в умалении пороков нашей жизни.</p> <p>Поясню сказанное.</p> <p>В человеке есть два начала: добро и зло, природа и грех.</p> <p>Добро, поскольку оно есть природа, и</p>	<p>CAPUT V De ortu theoricæ, practicæ, mechanicæ.</p> <p>Omnium autem humanarum actionum seu studiorum, quae sapientia moderatur, finis et intentio ad hoc spectare debet, ut vel naturae nostrae reparetur integritas vel defectuum, quibus praesens subiacet vita, temperetur necessitas.</p> <p>dicam apertius quod dixi.</p> <p>duo sunt in homine, bonum et malum, natura et vitium.</p> <p>bonum quia natura est, quia corruptum est, quia</p>
--	--

⁶ *incongrue* nevietā

<p>природа испорченная и умаленная, нуждается в восстановлении.</p> <p>А зло, являющееся грехом и порчей, к природе не принадлежит и должно быть устранено.</p> <p>И если оно не может быть уничтожено, то по крайней мере его следует, приложив усилия, умалить.</p> <p>Вот то, что необходимо предпринять, дабы исправить природу и устранить порок.</p> <p>Непорочность человеческой жизни обретается двумя средствами - познаниями и доблестью, которые в нас единственно и являются подобиями горних и божественных субстанций.</p> <p>Ведь человеческая природа является не простой, а составленной из двоякой субстанции, и благодаря одной ее части, высшей, которая собственно и есть субстанция (о чем я скажу позднее), он бессмертен,</p> <p>а благодаря другой ее части, преходящей и единственно известной тем людям, которые лишь чувствам своим доверяют, человек подвластен изменениям и смерти, а значит, он умирает постольку, поскольку утрачивает эту часть.</p> <p>И она является наиболее совершенной из всех вещей, имеющих начало и конец.</p>	<p>minus est, exercitio reparandum est.</p> <p>malum quia vitium est, quia corruptio est, quia natura non est, excludendum est.</p> <p>quod si funditus exterminari non potest, saltem adhibito remedio temperandum est.</p> <p>hoc est omnino quod agendum est, ut natura reparetur et excludatur⁷ vitium.</p> <p>integritas vero naturae humanae duobus perficitur, scientia et virtute, quae nobis cum supernis et divinis substantiis similitudo sola est.</p> <p>nam homo, cum simplex natura non sit, sed gemina compactus substantia, secundum unam partem suam quae potior est, et, ut apertius id quod oportet dicam, quae ipse est, immortalis est.</p> <p>secundum alteram vero partem quae caduca est, quae sola his, qui nisi sensibus fidem praestare nesciunt, cognita est, mortalitati et mutabilitati obnoxius est, ubi toties mori necesse est, quoties amittere id quod est.</p> <p>et haec est ultima pars rerum, quae principium et finem habet.</p>
---	--

<p>ГЛАВА VII. О ТРЕХ ВИДАХ ВЕЩЕЙ</p> <p>Ведь среди вещей есть такие, что не имеют ни конца, ни начала, и они называются вечными; другие же имеют начало, но не ограничены концом, и они зовутся бесконечными; а у третьих есть и начало и конец, и они являются временными.</p> <p>К первому разряду мы относим то, что обладает самостоятельным бытием, чья причина и следствие совпадают, то есть существование обеспечивается само собой, как у творца и создателя единой природы.</p> <p>Есть также то, чье бытие несамостоятельно, но оно существует само по себе, то есть истоки бытия лежат вне его, и, чтобы начать существование, ему потребовалась</p>	<p>CAPUT VI De tribus rerum maneriis</p> <p>Sunt namque in rebus alia quae nec principium habent nec finem, et haec aeterna nominantur, alia quae principium quidem habent, sed nullo fine clauduntur, et dicuntur perpetua, alia quae et initium habent et finem, et haec sunt temporalia.</p> <p>in primo ordine id constituimus cui non est aliud esse, et id quod est id est, cuius causa et effectus diversa non sunt, quod non aliunde sed a semetipso subsistere habet, ut est solus naturae genitor et artifex.</p> <p>illud vero cui aliud est esse, et id quod est, id est quod aliunde ad esse venit, et ex causa praecedente in actum profluxit, ut esse inciperet,</p>
--	---

⁷ *excludere* izvairīties; piesmiet; *excludere* izslēgt

<p>предшествующая причина. Такова природа, объемлющая весь мир. Вещи этого вида бывают двойными. Есть такие, что начинают существовать по собственной причине, не побуждаемые к тому ничем, кроме божественной воли, и они становятся неизменными, неподверженными переменам и не имеющими конца. Ими являются вещи субстанциальные, которые греки называют ουσιαί. К ним относятся все тела надлунного мира, которые считаются божественными, поскольку они неизменны. К третьему разряду относятся вещи, имеющие начало и конец и возникающие не сами по себе, а будучи творениями природы, появляющиеся на земле, в подлунном мире благодаря особому огню, который, как некая сила, нисходит на зарождающиеся одушевленные существа. И о них сказано: "Ничто в мире не умирает, поскольку никакая сущность не погибает". Погибает ведь не сущность вещей, а форма. И когда говорится о смерти формы, то это не значит, что какая-то вещь погибает полностью и перестает существовать, следует, скорее, полагать, что ее бытие изменяется. И изменение может произойти так, что в составной вещи разделяются ее части, либо ранее разделенные части соединяются, либо время или место бытия изменяется, и во всех случаях бытие вещей не претерпевает никакого ущерба. Поэтому об одних, формах, сказано: "Все растущее стареет, и все зарождающееся умирает", ибо все творения природы, имеющие начало, не избегают и конца. О других же, сущностях, говорится: "Из ничего ничто не происходит, и ничто в ничто не превращается". Ибо всякая природа имеет и первоначальную причину и бесконечное существование. О первых также сказано: "И вновь обратилось в ничто то, что ранее ничем и было", поскольку всякое творение природы лишь на время возникает по скрытой причине, и</p>	<p>natura est, quae mundum continet omnem. idque in gemina secatur. est quiddam, quod a causis suis primordialibus ut esse incipiat, nullo movente ad actum prodit, solo divinae voluntatis arbitrio, ibique immutabile omnis finis atque vicissitudinis expertus consistit. eiusmodi sunt rerum substantiae, quas Graeci ousias dicunt, et cuncta superlunaris mundi corpora, quae etiam ideo, quod non mutantur, divina appellata sunt. tertia pars rerum est quae principium et finem habent, et per se ad esse non veniunt, sed sunt opera naturae, quae oriuntur super terram sub lunari globo, movente igne artifice, qui vi quadam descendit in res sensibiles procreandas. de illis ergo dictum est: Nihil in mundo moritur, eo quod nulla essentia pereat. non enim essentiae rerum transeunt, sed formae. cum vero forma transire dicitur, non sic intelligendum est, ut aliqua res existens perire omnino et esse suum amittere credatur, sed variari potius, vel sic fortassis ut quae iuncta fuerant, ab invicem separentur, vel quae separata erant, coniungantur, vel quae hic erant, illuc transeant, vel quae nunc erant, tunc subsistant⁸, in quibus omnibus esse rerum nihil detrimenti patitur. de his dictum est: Omnia orta occidunt, et aucta senescunt, eo quod cuncta naturae opera, sicut principium habent, ita etiam finis aliena non sunt. de illis dictum est: De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti, eo quod omnis natura et primordiale habet causam et subsistentiam perpetuam. de his dictum est: Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil, eo quod omne opus naturae sicut temporaliter ex occulta causa in actum profluit, ita eodem actu</p>
--	--

⁸ *subsistere* pārstāt büt, apstāties; nostāties, apstāties

должно вернуться обратно, откуда возникло.	temporaliter destructo, eo unde venerat reversurum sit.
--	---

<p>ГЛАВА VIII. О МИРЕ ПОДЛУННОМ И НАДЛУННОМ</p> <p>Математики разделили мир на две части, ту, что выше луны, и ту, что ниже ее.</p> <p>И надлунный мир, поскольку там все существует по высшему закону, они называют природой, и он очевидно превосходней подлунного, являющегося творением природы; и все виды живых существ, которые в этом втором мире обитают благодаря тому, что в них вдувается жизненный дух, получают это живительное питание невидимым образом от верхнего мира, причем не только, когда, зародившись, растут, но и когда, выросши, продолжают существовать.</p> <p>Тот же высший мир они назвали также временем по причине движения в нем звезд, а низший мир - временным, поскольку на него воздействует движение высших тел.</p> <p>Надлунный мир зовется также и Элисием благодаря царящему в нем бесконечному свету и покою, а подлунный - нижним миром из-за непостоянства и смешения существующих в нем преходящих вещей.</p> <p>Таким образом, мы мало-помалу продвигаемся вперед, показывая, что своей брэнной частью человек подвластен необходимости, а бессмертной сродни божеству. Из этого следует то, о чем уже было выше сказано: всеми своими действиями человек устремляется к тому, чтобы или восстановить в себе облик, подобный божественному, или осознать, что, чем сильнее жизнь подвержена пороку, тем более она нуждается в ограждении и сохранении от него.</p>	<p>CAPUT VII De mundo superlunari et sublunari.</p> <p>Hinc est quod mathematici mundum in duas partes dividerunt: in eam videlicet partem quae est a circulo lunae sursum, et in eam quae deorsum est.</p> <p>et superlunarem mundum, eo quod ibi omnia primordiali lege consistant, naturam appellabant, sublunarem, opus naturae, id est, superioris, quia omnium genera animantium, quae in eo vitalis spiritus infusione vegetantur, a superioribus per invisibiles meatus infusum nutrimentum accipiunt, non solum ut nascendo crescant, sed etiam ut alendo subsistant.</p> <p>eundem etiam superiorem mundum tempus vocabant, propter cursum et motum siderum quae in eo sunt, inferiorem, temporalem, quia secundum motus superiores agitur.</p> <p>item superlunarem, propter perpetuam lucis et quietis tranquillitatem, elysium, hunc autem propter inconstantiam et confusionem rerum fluctuantium, infernum nuncupabant.</p> <p>Haec paulo latius prosecuti sumus ut ostendamus hominem, qua in parte mutabilitatis particeps est, in ea quoque necessitati esse obnoxium, in ea vero, qua immortalis est, divinitati esse cognatum.</p> <p>ex quo colligi potest id quod supra dictum est, quod videlicet omnium humanarum actionum ad hunc finem concurrat intentio, ut vel divinae imaginis similitudo in nobis restauretur, vel huius vitae necessitudini consulatur, quae quo facilius laedi potest adversis, eo magis foveri et conservari indiget.</p>
---	---

<p>ГЛАВА IX. О ТОМ, ЧЕМ ЧЕЛОВЕК ПОДОБЕН БОГУ</p> <p>Существуют два средства восстановления в человеке подобия божьего, а именно - изыскание истины и упражнение в</p>	<p>CAPUT VIII In quo homo similis sit Deo.</p> <p>Duo vero sunt quae divinam in homine similitudinem reparant, id est, speculatio veritatis et virtutis exercitium.</p>
---	---

<p>добродетели, поскольку он тем подобен Богу, что обладает мудростью и справедливостью, но обладает непостоянно, тогда как Бог неизменно мудр и справедлив.</p> <p>И помогают в этом человеку троякого рода действия.</p> <p>Во-первых, те, что управляют его природными силами; во-вторых, те, что противодействуют внешним вредным влияниям; в-третьих, те, что искореняют уже угнездившиеся в нем пороки.</p> <p>Следовательно, если мы стремимся исправить нашу природу, то совершаем действие божественное, а если просто провидим, что необходимо для нашего исправления, то это действие человеческое, ибо всякое действие является или божественным, или человеческим.</p> <p>Божественное действие, совершаемое благодаря высшим силам, можно с полным основанием назвать рассудительностью, а человеческое, исходящее от низших сил и как бы нуждающееся в некоей поддержке, - знанием.</p> <p>И если мудрость, как выше сказано, определяет все действия, совершаемые разумом, то, значит, мудрость состоит из рассудительности и знания.</p> <p>Рассудительность, поскольку она участвует и в изыскании истины, и в исправлении нравов, мы разделим на два вида - на теоретическую, или спекулятивную, и на практическую, или активную, которая также называется моральной, или этикой.</p> <p>Знание же, поскольку оно используется для человеческих творений, зовется механическим, или подражательным.</p>	<p>quia in hoc homo Deo similis est, quod sapiens et iustus est, sed iste mutabiliter, ille immutabiliter et sapiens et iustus est.</p> <p>illarum vero actionum quae huius vitae necessitati deserviunt, trimodum genus est, primum, quod naturae nutrimentum administrat, secundum, quod contra molesta, quae extrinsecus accidere possunt, munit, tertium, quod contra iam illata praestat remedium.</p> <p>cum igitur ad reparandam naturam nostram intendimus, divina actio est, cum vero illi quod infirmum in nobis est necessaria providemus, humana. omnis igitur actio vel divina est vel humana.</p> <p>possumus autem non incongrue illam, eo quod de superioribus habeatur, intelligentiam appellare, hanc vero, quia de inferioribus habetur, et quasi quodam consilio indiget, scientiam vocare.</p> <p>si igitur sapientia, ut supra dictum est, cunctas quae ratione fiunt moderatur actiones, consequens est iam ut sapientiam has duas partes continere, id est, intelligentiam et scientiam, dicamus.</p> <p>rursus intelligentia, quoniam et in investigatione veritatis et in morum consideratione laborat, eam in duas species dividimus, in theoreticam, id est, speculativam, et practicam, id est, activam, quae etiam ethica, id est, moralis appellatur.</p> <p>scientia vero, quia opera humana prosequitur, congrue mechanica, id est, adulterina vocatur.</p>
<p>ГЛАВА X. О ТРЕХ ВИДАХ ТВОРЕНИЙ</p> <p>Есть три вида творений: творение Бога, творение природы и творение мастера, подражающего природе.</p> <p>Творением Бога является то, что было создано изначально и о чем сказано: "Вначале сотворил Бог небо и землю".</p> <p>Творение же природы - это то, что сначала</p>	<p>CAPUT IX De tribus operibus.</p> <p>Sunt etenim tria opera, id est, opus Dei, opus naturae, opus artificis imitantis naturam.</p> <p>opus Dei est, quod non erat creare.¹⁰ unde illud: In principio creavit Deus caelum et terram.</p> <p>opus naturae, quod latuit ad actum producere¹¹.</p>

¹⁰ Dieva darbs ir radīt to, kā nebija

<p>было сокрыто и затем произведено, и поэтому сказано: "Да произрастит земля зелень, траву, сеющую семя".</p> <p>Мастер же создает свое творение, разделяя соединенное или соединяя Разделенное, как сказано: "И сшили смоковые листья, и сделали себе опоясания".</p> <p>Земля не смогла бы сотворить небо, а человек не способен произвести траву, как и увеличить свой рост до размера пальмы⁹.</p> <p>Из этих трех видов творений человеческие выделяются тем, что не составляют часть природы, и, будучи механическими, они имитируют ее и потому называются подражательными.</p> <p>Поскольку мастер подражает природе, труды человеческие представляются долгими и тяжкими.</p> <p>Можно ради примера кратко разъяснить это.</p> <p>Кто статую отлил, тот долго человека изучал.</p> <p>Кто дом построил, гору наблюдал.</p> <p>Ибо, как сказал Пророк: "Ты послал источники в долины: между горами текут",</p> <p>и выступы гор не мешают течению вод.</p> <p>Но также и дом следует поставить на вершине какого-либо холма таким образом, чтобы во время бури сильные порывы ветра огибали его.</p> <p>Тот, кто первым стал пользоваться одеждой, должен был вначале изучить покровы разных других растений и животных, которые своей природой защищены от опасностей и непогоды.</p> <p>Кора закрывает деревья, перья - птиц, рыбы наделены чешуей, овцы шерстью, лошади и дикие животные одеты волосняным покровом, улитка сокрыта раковиной, а слоны чувствуют себя в безопасности благодаря бивням.</p> <p>И на то есть своя причина, что животные и</p>	<p>unde illud: Producat terra herbam virentem etc.</p> <p>opus artificis est disgregata¹² coniungere vel coniuncta segregare.</p> <p>unde illud: Consuerunt sibi perizomata.</p> <p>neque enim potuit vel terra caelum creare, vel homo herbam producere, qui nec palmum ad staturam suam addere potest¹³.</p> <p>in his tribus operibus convenienter¹⁴ opus humanum, quod natura non est sed imitatur naturam, mechanicum, id est, adulterinum nominatur, quemadmodum et clavis subintroducitur mechanica dicitur.</p> <p>qualiter autem opus artificis imitetur naturam, longum est et onerosum prosequi per singula.</p> <p>possumus tamen exempli causa in paucis id demonstrare.</p> <p>qui statuum fudit, hominem intuitus est.</p> <p>qui domum fecit, montem respexit.</p> <p>quia enim, ut ait propheta, qui emittis fontes in convallibus, intra medium montium pertransibunt aquae¹⁵.</p> <p>eminentia montium aquas non retinet.</p> <p>ita domus in altum quoddam cacumen levanda fuit, ut irruentium tempestatum molestias tuto excipere posset.</p> <p>qui usum vestimentorum primus adinvenit, consideravit quod singula quaeque nascentium propria quaedam habeant munimenta quibus naturam suam ab incommodis defendunt.</p> <p>cortex ambit arborem, penna tegit velucrum, piscem squama operit, lana ovem induit, pilus iumenta et feras vestit, concha testudinem excipit, ebur elephantem iacula¹⁶ non timere facit.</p> <p>nec tamen sine causa factum est quod, cum</p>
---	--

¹¹ Dabas darbs ir aktivizēt to, kas jau ir

⁹ *lat.* palma

¹² gregare=iungere

¹³ *nec palmum ad staturam suam addere potest* ne pa sprīdi savu augumu var pagarināt

¹⁴ convenienter= rite; justo modo; ut aequum est

¹⁵ Ps 103,9: qui emittis fontes in convallibus inter medium montium pertransibunt aquae

¹⁶ *iaculā* no šķēpa; tā kā ar šķēpu

<p>растения самой природой от рождения защищаются, а человек появляется на свет голым и беззащитным.</p> <p>Значит, существам, что неспособны сами себя обеспечить, помогает природа, человеку же предоставляется возможность с помощью собственного разума сделать все необходимое из того, что дано природой.</p> <p>И человеческий разум тем и славен, что проявил изобретательность,</p> <p>поэтому и пословица гласит: "Нужда всему научит".</p> <p>Таким образом было открыто все, что тебе нынче известно из лучших творений человеческих.</p> <p>Так возникли рисование, ткачество, литейное дело, скульптура и бесконечное число других искусств, вызывающих восхищение мастерством человека.</p>	<p>singula animantium naturae suae arma secum nata habeant, solus homo inermis nascitur et nudus.</p> <p>oportuit enim ut illis, quae sibi providere nesciunt, natura consuleret, homini autem ex hoc etiam maior experiendi occasio praestaretur, cum illa, quae ceteris naturaliter data sunt, propria ratione sibi inveniret.</p> <p>multo enim nunc magis enitet¹⁷ ratio hominis haec eadem inveniando quam habendo claruisset.¹⁸</p> <p>nec sine causa proverbium sonat quod: Ingeniosa fames omnes excuderit artes. hac equidem ratione illa quae nunc excellentissima in studiis hominum vides, reperta sunt. hac eadem pingendi, texendi, sculpendi, fundendi, infinita genera exorta sunt, ut iam cum natura ipsum miremur artificem.</p>
<p>ГЛАВА XI. ЧТО ТАКОЕ ПРИРОДА</p> <p>Поскольку мы столь часто упоминали природу, по поводу которой Туллий сказал: "определить природу затруднительно", то обойти молчанием значение этого понятия невозможно.</p> <p>И поскольку не можем сказать всего, что хотелось бы, то остановимся на необходимом.</p> <p>Сохранилось много высказываний древних мыслителей о природе, и,</p> <p>насколько я сумел понять, они обычно использовали это понятие в трех значениях, каждому из которых соответствовало свое определение природы.</p> <p>Во-первых, они обозначали им изначальный прообраз всех вещей в божественном уме, в соответствии с которым все и было создано; и называли природой первоначальную причину всякой вещи, дававшей вещи не только существование, но и вид существования.</p> <p>Этому значению отвечает следующее определение: "Природа - это то, что наделяет всякую вещь определенным</p>	<p>CAPUT X Quid sit natura</p> <p>Quia vero iam toties naturam nominavimus, licet, ut ait Tullius, Naturam definire difficile sit, non tamen huius vocabuli significatio omnino silentio praetereunda videtur.</p> <p>neque, quia non omnia quae volumus dicere possumus, id quod possumus tacere debemus.</p> <p>plura veteres de natura dixisse inveniuntur,</p> <p>sed nihil ita ut non aliquid restare videatur.</p> <p>quantum tamen ego ex eorum dictis conicere possum, tribus maxime modis huius vocabuli significatione uti solebant, singulis suam definitionem assignando.</p> <p>Primo modo per hoc nomen significare voluerunt illud archetypum exemplar rerum omnium, quod in mente divina est, cuius ratione omnia formata sunt, et dicebant naturam esse unius cuiusque rei primordiale causam suam, a qua non solum esse sed etiam talis esse habeat.</p> <p>huic significationi talis definitio assignatur: Natura est quae unicuique rei suum esse attribuit.</p>

¹⁷ enitere=claresco

¹⁸ Daudz vairāk tagad cilvēks izceļas izgudrojot, kā varēja slavēties ar esošo

<p>бытием". Во-вторых, под природой понимали собственное бытие всякой вещи, и тогда она определялась так: "Природой, формирующей всякую вещь, называются отличительные свойства этой вещи". В соответствии с этим мы вправе сказать: природа - это то, что притягивает тяжелое к земле, легкое поднимает вверх, огонь заставляет жечь, а воду увлажнять. Третье же определение таково: "Природа - это источник огня, создающего одушевленные вещи". Ведь физики говорят, что все создано из тепла и влаги. Поэтому Вергилий называет Океана отцом, а Валерий Соран в своих стихах говорит о Юпитере как о небесном огне: "Всемогущий Юпитер, творец вещей и царей, истинный бог, прародитель всего..."</p>	<p>secundo modo naturam esse dicebant proprium esse uniuscuiusque rei. cui significationi talis definitio assignatur: Natura unamquamque rem informans propria differentia dicitur. secundum quam significationem dicere solemus: Natura est omnia pondera ad terram vergere, levia alta petere, ignem urere, aquam humectare. tertia definitio talis est: Natura est ignis artifex, ex quadam vi procedens in res sensibiles procreandas. physici namque dicunt, omnia ex calore et humore procreari. unde Vergilius Oceanum patrem appellat et Valerius Soranus in quodam versu de Iove in significatione ignis aetherei dicit: Iuppiter omnipotens rerum regumque repertor, Progenitor genitrixque Deum verum unus et idem.</p>
<p>ГЛАВА XII: О ВОЗНИКНОВЕНИИ ЛОГИКИ</p> <p>После того как мы рассказали о появлении теории, практики и механики, остается рассмотреть происхождение логики, к которой я обращаюсь в последнюю очередь потому, что она была изобретена позже. После появления теории, практики и механики возникла необходимость и в логике, ибо без знания того, как правильно рассуждать, люди не могли прийти к согласию в суждениях о тех или иных вещах. Как говорил Боэций, когда древние люди впервые стали заниматься природой вещей и свойствами нравов, они неизбежно впадали в заблуждения, поскольку они не умели различать слова и понятия, и со многими случалось то же, что с Эпикуром, который считал мир состоящим из атомов, а в наслаждении ошибочно видел доблесть. С ним и с другими такое случалось потому, что они предмет рассуждения принимали за понятие, соответствующее природе какой-либо вещи.</p>	<p>CAPUT XI De ortu logicae</p> <p>Postquam igitur theoricæ et practicæ et mechanicæ ortum demonstravimus, superest logicæ quoque originem investigare, quam idcirco ultimam annumero quia postremo inventa est. ceteræ prius repertæ fuerant, sed necesse fuit logicam quoque inveniri, quoniam nemo de rebus convenienter disserere potest, nisi prius recte et veraciter loquendi rationem agnoverit. nam sicut dicit Boethius: Cum primitus antiqui circa naturas rerum et morum qualitates investigandas operam impenderent, necesse fuit saepe falli eos, quia vocum et intellectuum discretionem non habebant, ut in multis evenit Epicuro, qui atomis mundum consistere putat et honestum voluptatem mentitur. Hoc autem idcirco huic atque aliis accidisse manifestum est, quoniam per imperitiam disputandi, quidquid ratiocinatione¹⁹ comprehenderant, hoc in res quoque ipsas evenire arbitrabantur.</p>

¹⁹ *ratiocinatio* reasoning; esp. a form of argument, syllogism

<p>Но это большое заблуждение, ибо вещам понятия не присущи так, как, например, числа.</p> <p>Если что-либо правильно сосчитано, то полученное число несомненно присуще сосчитанным вещам, и если получилась сотня, то непременно это число отвечает ста вещам.</p> <p>Но рассуждения производятся не так, и то, что вытекает из хода суждений, не обязательно присуще природе вещи.</p> <p>Поэтому и впадают в ошибки те, кто, не зная науки рассуждения, изучает природу вещей.</p> <p>И пока эта наука не была постигнута и не была признана истинным путем рассуждений, пока не удостоилась Доверия и почитания, невозможно было прийти к непреложной истине относительно разных вещей с помощью понятий.</p> <p>Следовательно, когда древние мужи в заблуждениях своих выходили на некую ложную и внутренне противоречивую истину и было ясно, что два противоречащих друг другу заключения об одной и той же вещи не могут быть истинными, достойными доверия, то становилась понятной необходимость прежде всего рассмотреть пока еще неизведанную природу самого рассуждения. Познав же ее, можно путем размышления прийти к истинному пониманию вещей.</p> <p>Так было положено начало науки логики, которая обеспечивает различными способами рассуждения и помогает различать суждения: какие из них всегда ложны, а какие истинны либо какие в данный момент истинны или ложны.</p> <p>По времени появления эта наука последняя, но по значению - первая, и начинающим постигать философию в первую очередь следует заняться именно ею, ибо с ее помощью они узнают природу понятий и слов, без чего не может быть рационально понята никакая философская теория.</p> <p>Логикой она названа по греческому слову "логос", которое имеет двоякое толкование. Логосом называется или слово, или разум, и поэтому логика бывает речевой и рациональной.</p>	<p>hic vero magnus est error. neque enim sese res ut in numeris, ita etiam in ratiocinationibus habent.</p> <p>in numeris enim quidquid in digitis recte computantis evenerit, id sine dubio in res quoque ipsas evenire necesse est, ut si ex calculo centum contigerit, centum quoque res illi numero subiectas esse necesse est.</p> <p>hoc vero non aequè in disputatione servatur. neque enim quidquid sermonum decursus invenerit, id in natura fixum tenetur.</p> <p>quare necesse est falli, qui abiecta scientia disputandi, de rerum natura perquirent.</p> <p>nisi enim prius ad scientiam venerit, quae ratiocinatio veram teneat semitam disputandi, quae verisimilem, et agnoverit quae fida, quae possit esse suspecta, rerum incorrupta veritas ex ratiocinatione non potest inveniri.</p> <p>cum igitur veteres saepe multis lapsi erroribus, falsa quaedam sibi et contraria in disputatione colligerent, atque id fieri impossibile videretur, ut de eadem re contraria conclusione facta, utraque essent vera, quae sibi dissentiens ratiocinatio conclusisset, cuive ratiocinationi credi oporteret, esset ambiguum, visum est prius disputationis ipsius veram atque integram considerare naturam.</p> <p>qua cognita, tum illud quoque, quod per disputationem inveniretur, an vere comprehensum esset, posset intelligi.</p> <p>hinc igitur profecta logicae peritia disciplinae, quae disputandi modos atque ipsas ratiocinationes internoscendi vias parat, ut quae ratiocinatio nunc quidem vera, nunc autem falsa, quae vero semper falsa, quae numquam falsa possit agnosci.</p> <p>haec tempore quidem postrema est, sed ordine prima.</p> <p>haec enim incohantibus philosophiam prima legenda est, propterea quod in ea docetur vocum et intellectum natura, sine quibus nullus philosophiae tractatus rationabiliter explicari potest.</p> <p>Logica dicitur a Graeco logos, quod nomen geminam habet interpretationem.</p> <p>dicitur enim logos sermo sive ratio, et inde logica sermocinalis sive rationalis scientia dici potest.</p>
--	--

<p>Логика рациональная, или различительная, содержит в себе диалектику и риторику, а логика речевая связана с грамматикой, диалектикой и риторикой.</p> <p>И эту речевую логику мы считаем изобретенной после теории, практики и механики.</p> <p>Это не значит, однако, что до ее изобретения говорить никто не мог и люди не способны были общаться друг с другом.</p> <p>Нет, были и понятные всем буквы, и слова, но их использование еще не было упорядочено, и отсутствовали нормы правильного разговора или спора.</p> <p>Ведь все познания прежде, чем стать искусствами, существовали в употреблении. И способные люди смогли их обратить в искусства; ранее неопределенные и беспорядочные представления они заключили в надежные рамки правил и норм, исправив ошибочное, добавив недостающее и убрав лишнее, а затем предписанные каждому виду познания правила вошли в обычай и составили отдельные искусства.</p> <p>Таково было происхождение всех искусств, и если каждое из них рассмотреть, то будет понятно, что именно так они и возникли.</p> <p>Прежде чем появилась грамматика, люди писали и говорили;</p> <p>до появления диалектики они стремились путем рассуждений отличить истину от лжи;</p> <p>пока не было риторики, они все же рассуждали о гражданском праве;</p> <p>до изобретения арифметики они уже умели пользоваться числами;</p> <p>они уже пели, когда еще не было музыки;</p> <p>они умели измерять поля до геометрии и по движению звезд рассчитывать время без астрономии.</p> <p>Все эти познания и положили начало искусствам, благодаря которым они оказались усовершенствованными.</p> <p>Здесь стоило бы рассказать о тех, кто был создателем разных искусств, когда и где они жили и как пришли к созданию наук; однако я хочу прежде всего показать, как</p>	<p>logica rationalis, quae dissertiva dicitur, continet dialecticam et rhetoricam.</p> <p>logica sermocinalis genus est ad grammaticam, dialecticam atque rhetoricam, et continet sub se dissertivam.</p> <p>et haec est logica sermocinalis, quam quartam post theoreticam, practicam, mechanicam annumeramus.</p> <p>nec putandum est ideo logicam, id est, sermocinalem dici, quod ante eius inventionem nulli fuerint sermones, et quasi homines mutuas locutiones prius non habuerint.</p> <p>erant prius et sermones communes et litterae, sed nondum ratio sermonum et litterarum in artem redacta fuerat. nulla adhuc recte loquendi vel disputandi praecepta data erant.</p> <p>omnes enim scientiae prius erant in usu quam in arte.</p> <p>sed considerantes deinde homines usum in artem posse converti et quod vagum fuerat et licentiosum prius certis regulis et praeceptis posse restringi, coeperunt, ut dictum est, consuetudinem quae partim casu, partim natura exorta fuerat, ad artem reducere, id quod pravum usus habebat emendantes, quod minus habebat suppletentes, quod superfluum habebat resecantes, et de cetero singulis certas regulas et praecepta praescribentes.</p> <p>Huiusmodi fuit origo omnium artium; hoc per singula currentes verum invenimus.</p> <p>priusquam esset grammatica et scribebant et loquebantur homines.</p> <p>priusquam esset dialectica, ratiocinando verum a falso discernabant.</p> <p>priusquam esset rhetorica, iura civilia tractabant.</p> <p>priusquam esset arithmetica, scientiam numerandi habebant.</p> <p>priusquam esset musica, canebant.</p> <p>priusquam esset geometria, agros mensurabant.</p> <p>priusquam esset astronomia, per cursus stellarum discretionem temporum capiebant.</p> <p>sed venerunt artes, quae licet ab usu principium sumpserint, usu tamen meliores sunt.</p> <p>hic locus esset exponere qui fuerint singularum artium inventores, quando extiterint aut ubi, aut quomodo per eos disciplinae exordium sumpserint, sed volo quaedam prius philosophiae</p>
---	---

<p>философия разделяется на отдельные искусства.</p>	<p>divisione singulas a se invicem discernere.</p>
<p>ГЛАВА XIII. ЗАКЛЮЧЕНИЕ К СКАЗАННОМУ ВЫШЕ</p> <p>Следует, наконец, вкратце повторить сказанное выше, чтобы понятней было последующее изложение.</p> <p>Итак, мы сказали, что существует четыре главных вида познания, заключающих в себе все остальные. Это теория, необходимая для постижения истины путем размышлений; практика, наставляющая в добрых нравах; механика, определяющая наши действия в этой жизни; и логика, представляющая собой науку о правильной речи и ведении спора.</p> <p>Поэтому можно считать, что душе присуща четверичность, и число четыре из почтения к нему древние поминали в клятве, когда говорили:</p> <p>"Во имя того, кто нашу душу наделил числом четыре".</p> <p>А теперь, кратко повторив определения философии, мы покажем, что эти четыре вида познания составляют философию, и рассмотрим, что они в себе содержат.</p>	<p>Oportet ergo breviter recapitulare quae supradicta sunt, ut facilius fiat transitus ad sequentia.</p> <p>quattuor tantum diximus esse scientias, quae reliquas omnes continent, id est, theoreticam, quae in speculatione veritatis laborat, et practicam, quae morum disciplinam considerat, et mechanicam, quae huius vitae actiones dispensat, logicam quoque, quae recte loquendi et acute disputandi scientiam praestat.</p> <p>hic itaque non absurde ille quaternarius animae intelligi potest, quem ob reverentiam sui antiqui in ius iurandum asciverant. unde et illud dictum est:</p> <p>Per qui nostrae animae numerum dedit ille quaternum.</p> <p>hae qualiter sub philosophia contineantur, et rursum quas sub se contineant, repetita breviter definitione philosophiae ostendemus.</p>

<p>КНИГА ВТОРАЯ</p>	<p>LIBER SECUNDUS</p>
----------------------------	------------------------------

<p>ГЛАВА I. ОБ ОТЛИЧИТЕЛЬНЫХ ОСОБЕННОСТЯХ ИСКУССТВ</p> <p>"Философия - это любовь к мудрости, а мудрость есть животворящий самодостаточный ум, являющий собой единую первопричину всех вещей".</p> <p>Это определение указывает на этимологию слова, ибо "филос" по-гречески означает любовь, а "софия" - мудрость.</p> <p>Добавление, что "мудрость есть животворящий самодостаточный ум, являющий собой единую первопричину всех вещей", подразумевает, что это божественная мудрость, которая, будучи</p>	<p>CAPUT I De discretione artium</p> <p>Philosophia est amor sapientiae, quae nullius indigens, vivax mens et sola rerum primaeva ratio est.</p> <p>haec definitio magis ad etymologiam nominis spectat.</p> <p>philos enim Graece, amor dicitur Latine, sophia, sapientia, et inde philosophia tracta est, id est, amor sapientiae.</p> <p>quod autem additur, quae nullius indigens, vivax mens, et sola rerum primaeva ratio est, divina sapientia significatur, quae propterea nullius indigere dicitur, quia nihil minus continet, sed semel et simul omnia intuetur</p>
--	---

<p>самодостаточной, ни в чем не нуждается, объем-ля одновременно все прошлое, настоящее и будущее.</p> <p>Она называется животворящим умом потому, что, порожденная божественным разумом, она нетленна и является первопричиной всех вещей, поскольку все они были образованы по принципу подобия с ней.</p> <p>Отсюда и искусства берут начало, ибо смысл их всех заключается в том, чтобы помочь нам обрести божественное подобие, и чем более мы уподобляемся природе Бога, тем мудрее мы становимся, и тогда нас начинает озарять то, что присуще разуму Бога, но в нем это пребывает вечно, а мы это обретаем на время.</p> <p>Иначе философию называют "искусством искусств и наукой наук", поскольку к ней имеют отношение все искусства и науки. Искусством называются познания, состоящие в правилах и предписаниях,</p> <p>или же искусством может быть названо то, что представляется вероятным и предположительным.</p> <p>Наука же, занимающаяся теми вещами, которые только с ее помощью могут быть познаны, пользуется истинными суждениями, и это различие между искусством и наукой было проведено Платоном и Аристотелем.</p> <p>Искусством называется также то, что воплощается в материи и познается благодаря каким-либо действиям, как, например, архитектура.</p> <p>Наука же состоит в размышлении и познается только благодаря мыслительной деятельности, как, например, логика.</p> <p>О философии можно также сказать, что это размышление о смерти, и такое ее определение более всего подобает христианам, которые, презрев мирскую суету, живут в общении с науками ожиданием предбудущей жизни.</p> <p>А еще ее называют "наукой, постигающей истинный смысл всех божественных и</p>	<p>praeterita, praesentia et futura.</p> <p>Vivax mens idcirco appellatur quia quod semel in divina fuerit ratione nulla umquam oblivione aboletur. primaeva ratio rerum est quia ad eius similitudinem cuncta formata sunt.</p> <p>dicunt quidam quod illud unde agunt artes semper maneat.</p> <p>hoc ergo omnes artes agunt, hoc intendunt, ut divina similitudo in nobis reparetur, quae nobis forma est, Deo natura, cui quanto magis conformamur tanto magis sapimus.</p> <p>tunc enim in nobis incipit relucere, quod in eius ratione semper fuit, quodque in nobis transit, apud illum incommutabile consistit.</p> <p>aliter: Philosophia est ars artium, et disciplina disciplinarum, id est, ad quam omnes artes et disciplinae spectant.</p> <p>ars dici potest scientia, quae artis praeceptis regulisque consistit, ut est in scriptura, disciplina, quae dicitur plena, ut est in doctrina.</p> <p>vel ars dici potest, quando aliquid verisimile atque opinabile tractatur,</p> <p>disciplina, quando de his, quae aliter se habere non possunt, veris disputationibus aliquid disseritur. quam differentiam Plato et Aristoteles esse voluerunt inter artem et disciplinam.</p> <p>vel ars dici potest, quod fit in subiecta materia et explicatur per operationem, ut architectura,</p> <p>disciplina vero, quae in speculatione consistit et per solam explicatur ratiocinationem, ut logica.</p> <p>aliter: Philosophia est meditatio mortis, quod magis convenit Christianis, qui saeculi ambitione calcata, conversatione disciplinali, similitudine futurae patriae vivunt.</p> <p>aliter: Philosophia est disciplina omnium rerum divinarum atque humanarum rationes</p>
---	--

<p>человеческих вещей". Поэтому суть всех ученых изысканий связана с философией, и она определенным образом имеет отношение ко всем вещам.</p>	<p>probabiliter investigans. sic omnium studiorum ratio ad philosophiam spectat. administratio non omnis philosophica est, et ideo philosophia aliquo modo ad omnes res pertinere dicitur.</p>
--	--

<p>ГЛАВА II. О ЧАСТЯХ, НА КОТОРЫЕ ДЕЛИТСЯ ФИЛОСОФИЯ</p> <p>Философия делится на теоретическую, практическую, механическую и логическую. Эти четыре ее части охватывают все познания.</p> <p>Теоретическая называется также созерцательной, а практическая - активной, либо этикой, или моралью, поскольку она наставляет в добрых нравах. Механическая называется также подражательной, ибо связана с человеческими трудами, а логическая - речевой, поскольку имеет дело со словами.</p> <p>Теоретическая в свою очередь делится на теологию, математику и физику.</p> <p>Такое разделение произвел Боэций, сказав, что она занимается умопостигаемыми, воспринимаемыми и природными предметами; умопостигаемые относятся к теологии, воспринимаемые к математике, а природные к физике.</p>	<p>Philosophia dividitur in theoreticam, practicam, mechanicam et logicam. hae quattuor omnem continent scientiam.</p> <p>theorica interpretatur speculativa; practica, activa, quam alio nomine ethicam, id est, moralem dicunt, eo quod mores in bona actione consistant; mechanica, adulterina, quia circa humana opera versatur; logica, sermocinalis, quia de vocibus tractat.</p> <p>theorica dividitur in theologiam, mathematicam et physicam. hanc divisionem Boethius facit aliis verbis, theoreticam secans in intellectibilem et intelligibilem et naturalem, per intellectibilem significans theologiam, per intelligibilem, mathematicam, per naturalem, physicam. denique intellectibile ita definit.</p>
--	--

<p>ГЛАВА III. О ТЕОЛОГИИ</p> <p>Умопостигаемое он определяет так: "Неизменно и всегда пребывающее в собственной божественности, недоступное никаким чувствам и постигаемое только лишь умом и мыслью".</p> <p>Это то, чем занимается истинная философия, когда она обращается к Богу или бестелесной душе и которую греки назвали теологией, поскольку "теос" означает бога, а "логос" - слово или разум.</p> <p>Теологией, следовательно, являются наши рассуждения о невыразимой природе Бога или его духовных творениях.</p>	<p>CAPUT II De theologia</p> <p>Intellectibile est quod unum atque idem per se in propria semper divinitate consistens, nullis unquam sensibus, sed sola tantum mente intellectuque capitur.</p> <p>quae res ad speculationem Dei atque ad animi incorporalitatem considerationemque verae philosophiae indagatione componitur, quam, inquit, Graeci theologiam nominant. dicta autem theologia quasi sermo habitus de divinis, theos enim Deus, logos sermo vel ratio interpretatur. theologia igitur est, quando aut ineffabilem naturam Dei aut spirituales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus.</p>
--	---

<p>ГЛАВА IV. О МАТЕМАТИКЕ</p>	<p>CAPUT III De mathematica.</p>
--------------------------------------	---

<p>Математика это учение. Слово "matesis", правда, без придыхательного "h", означает "тщеславие", и так называют суеверие тех людей, которые верят в предсказание человеческих судеб по звездам и которых также зовут математиками.</p> <p>Но когда это слово пишется с "h", то оно означает учение об абстрактных количествах.</p> <p>"Абстрактным называется количество, отделенное интеллектом от материи или чего-либо другого, которым в виде четного или нечетного числа мы оперируем только мысленно, в соответствии с учением, а не природой".</p> <p>Предмет этого учения Боэций называет воспринимаемым, но он включает в себя и умопостигаемые с помощью размышлений вещи.</p> <p>К таковым относятся все небесные творения Всевышнего, а в подлунном мире - то, что отмечено блаженным духом и чистой субстанцией,</p> <p>в том числе и человеческие души, которые изначально были умопостигаемой субстанцией, а, соединившись с телами, из умопостигаемых переродились в воспринимаемые и стали более мыслимыми, нежели мыслящими.</p> <p>Однако, благодаря чистоте размышлений, души, если они обращаются к умопостигаемым вещам, могут стать блаженными.</p> <p>Природа духов и душ, поскольку она является простой и бестелесной, относится к умопостигаемой субстанции.</p> <p>Но под действием человеческих чувств природа души нисходит до чувственно воспринимаемой</p> <p>и благодаря воображению уподобляется чувственно воспринимаемым вещам.</p> <p>И она утрачивает свою простоту, становясь подобной сложным.</p> <p>Как таковая она с одной точки зрения</p>	<p>Mathematica autem doctrinalis scientia dicitur. mathesis enim quando t habet sine aspiratione, interpretatur vanitas, et significat superstitionem illorum, qui fata hominum in constellationibus ponunt. unde et huiusmodi mathematici appellati sunt.</p> <p>quando autem t habet aspiratum, doctrinam sonat. haec autem est, quae abstractam considerat quantitatem.</p> <p>abstracta enim quantitas dicitur, quam intellectu a materia separantes, vel ab aliis accidentibus, ut est, par, impar, et huiusmodi, in sola ratiocinatione tractamus, quod doctrina facit, non natura.</p> <p>hanc Boethius intelligibilem appellat, quae primam partem, intellectibilem, cogitatione atque intelligentia comprehendit,</p> <p>quae sunt omnium caelestium operum supernae divinitatis, et quidquid sub lunari globo beatiore animo atque puriore substantia valet,</p> <p>et postremo²⁰ humanarum animarum, quae omnia cum prioris illius intellectibilis substantiae fuissent, corporum tactu ab intellectibilibus ad intelligibilia degenerarunt, ut non²¹ magis ipsa intelligentur, quam intelligant, et intelligentiae puritate tunc beatiora sint, quoties sese intellectibilibus applicarint.</p> <p>spirituum namque et animarum natura, quia incorporea et simplex est, intellectibilis substantiae particeps est.</p> <p>sed quia per instrumenta sensuum non uniformiter ad sensibilia comprehendenda descendit, eorumque similitudinem per imaginationem ad se trahit, in eo quodammodo suam simplicitatem deserit, quo compositionis rationem amittit. neque enim omnimodo simplex dici potest, quod composito simile est.</p> <p>eadem igitur res diversis respectibus</p>
---	---

²⁰ postremo šeit visbeidzot

²¹ ? non šeit it kā lieks

<p>является умопостигаемой, а с другой - воспринимаемой.</p> <p>Умопостигаемой, поскольку является бестелесной природой, не доступной никаким чувствам.</p> <p>Воспринимаемой же чувствами потому, что, не будучи чувственной, обладает подобием чувств.</p> <p>Умопостигаемое - это то, что не воспринимается чувствами и не имеет подобия чувственно воспринимаемого.</p> <p>А воспринимаемое - это то, что постигается и интеллектом, но не только им, а поскольку у человека есть чувства и воображение, то и они участвуют в познании того, что чувственно воспринимается.</p> <p>Таким образом, природа души от соединения с телом перерождается; постигая с помощью чувственные формы тел, она благодаря воображению как бы принимает их на себя и настолько отступает от своей первоначальной простоты, насколько проникается различными качествами, свойственными чувственным вещам.</p> <p>Однако если она возвращается к чистой мысли и обретает самое себя, то она становится блаженной благодаря сопричастности умопостигаемой субстанции.</p>	<p>intellectibilis simul et intelligibilis est.</p> <p>intellectibilis eo quod incorporea sit natura, et nullo sensu comprehendi possit.</p> <p>intelligibilis vero ideo, quod similitudo quidem est sensibillum, nec tamen sensibilis.</p> <p>intellectibile est enim, quod nec sensibile est, nec similitudo sensibilis.</p> <p>intelligibile autem quod ipsum quidem solo percipitur intellectu, sed non solo intellectu percipit, quia imaginationem vel sensum habet, quo ea quae sensibus subiacent comprehendit.</p> <p>tangendo ergo corpora degenerat, quia, dum invisibiles corporum formas per sensuum passiones procurrit easque attactas per imaginationem in se trahit, toties a sua simplicitate scinditur, quoties aliquibus contrariae passionis qualitatibus informatur.²²</p> <p>cum vero ab hac distractione ad puram intelligentiam conscendens in unum se colligit, fit beatior intellectibilis substantiae participatione.</p>
<p>ГЛАВА V. О ЧЕТВЕРИЧНОСТИ ДУШИ</p> <p>На суть этих изменений души указывают и числа.</p> <p>Ведь трижды один - три, трижды три - девять, трижды девять - двадцать семь, а трижды двадцать семь - восемьдесят один.</p> <p>И вот когда ты доходишь до четвертой степени, то получаешь изначальную единицу, и если будешь производить умножение бесконечно, то всякий раз в четвертой степени будет выходить первоначальная единица.</p> <p>А простая сущность души правильной всего выражается через единицу, которая также является бестелесной.</p> <p>Троичность и три тоже имеют прямое</p>	<p>CAPUT V De quaternario corporis</p> <p>Huius quoque progressionis regressionisque rationem ipse etiam numerus docet.</p> <p>dic: «ter unum fiunt tria,» dic: «ter tria fiunt novem,» dic: «ter novem fiunt viginti septem,» dic: «ter viginti septem fiunt octoginta unum.»</p> <p>ecce tibi in quarto gradu unitas prima occurrit, idemque evenire videbis, si usque ad infinitum duxeris multiplicationem, ut semper in quarto gradu unitas emineat.</p> <p>rectissime autem simplex animae essentia unitate exprimitur, quae ipsa quoque incorporea est.</p> <p>ternarius quoque propter indissolubile mediae</p>

²² tādjādi pieskaroties ķermeņiem kļūst zemāka, jo, kamēr ķermeņu neredzamās formas caur jūtu kairināšanām caurskrien un, tās pieskartas, caur iztēli sevī velk, tik reiz no savas vienkāršības atšķeļas cik reiz kādas pretējas kairināšanas kādībā ietērpjas

<p>отношение к душе, поскольку через единицу три нерушимо и неделимо, а четыре - поскольку делится на два, - разложимо и потому относится к телу.</p> <p>Первое изменение души происходит, когда она от своей простой сущности, которая представляется как монада, переходит в состояние троичности, когда благодаря желанию начинает жаждать чего-либо, благодаря гневу осуждать, а с помощью разума различать то и другое.</p> <p>И душа когда представляет собой триаду, каждая сущность которой поначалу пребывала в потенции.</p> <p>Но в этой троичности сохраняется единство, как сохраняется единица от умножения на три, и это значит, что душа не распадается на части, а сохраняет единство своих отдельных потенций.</p> <p>Мы ведь не можем сказать, что разум, или желание, или гнев составляет третью часть души, ибо и разум, и желание, и гнев в равной мере содержатся в душе, составляя одну и ту же субстанцию, которую можно называть по разным ее потенциям.</p> <p>Второе изменение происходит ради гармонии в управлении телом, когда душа приобретает девятичность, ибо число девять соответствует девяти отверстиям в человеческом теле, через которые выходит и входит все то, что потребно для роста и управления телом.</p> <p>И здесь также порядок таков, что сначала душа по природе своей обладала в потенции тем, что прилагается к телу.</p> <p>Третье изменение осуществляется, когда душа через чувства, как бы вне себя, изливается к видимым вещам, что соответствует числу двадцать семь, и таким тройным расширением принимает подобие тела, предопределяя многочисленные его действия.</p> <p>Четвертое же изменение происходит, когда она, отрываясь от тела, обращается к своей чистой простоте, и это соответствует умножению трех на двадцать семь, в результате чего получается восемьдесят</p>	<p>unitatis vinculum congrue ad animam refertur, sicut quaternarius, quia duo media habet ideoque dissolubilis est, proprie ad corpus pertinet.</p> <p>prima igitur progressio animae est qua de simplici essentia sua, quae monade²³ figuratur, in virtuale ternarium se extendit, ubi iam per concupiscentiam aliud appetat, aliud per iram contemnat, per rationem inter utrumque discernat.</p> <p>et recte a monade in triadem profluere dicitur, quia omnis essentia naturaliter prior est potentia sua.</p> <p> rursum, quod eadem unitas in ternario multiplicante ter invenitur, hoc significat, quoniam anima non per partes, sed tota in singulis suis potentiis consistat.</p> <p>neque enim vel rationem solam vel iram solam vel concupiscentiam solam tertiam partem animae dicere possumus, cum nec aliud, nec minus sit in substantia ratio quam anima, nec aliud, nec minus ira quam anima, nec aliud, nec minus concupiscentia quam anima, sed una eandemque substantia secundum diversas potentias suas diversa sortitur vocabula.</p> <p>deinde a virtuali ternario secunda progressionem ad regendam humani corporis musicam descendit, quae novenario componitur, quia novem sunt foramina in humano corpore quibus secundum naturalem contemperantiam influit et effluit omne quo idem corpus vegetatur et regitur.</p> <p>hic quoque ordo est, quia prius naturaliter anima potentias suas habet quam corpori commisceatur.</p> <p>postea autem in tertia progressionem per sensus iam extra se profusa ad visibilia haec, quae per viginti septem, qui solidus numerus est et trina dimensione ad similitudinem corporis extenditur, figurantur dispensanda, per infinitas actiones dissipatur.</p> <p>in quarta autem progressionem soluta a corpore ad puritatem simplicitatis suae revertitur, ideoque in quarta multiplicatione, ubi ter viginti septem in octoginta unum excrevit, monas in summo apparet, ut evidenter clareat quod anima post</p>
--	---

²³ monas, -adis f. monāde

<p>один, то число, в котором появляется единица, монада, обозначающая душу, после окончания жизни, когда она возвращается к своей единичности, от которой отошла, соединившись с телом.</p> <p>Число же восемьдесят обозначает жизнь, о чем говорит и Псалмопевец: "Дней лет наших семьдесят лет, а при большей крепости восемьдесят лет; и самая лучшая пора их - труд и болезнь..."</p> <p>Из этих четырех изменений и проистекает четверичность души, о которой выше говорилось и от которой следует отличать четверичность тела.</p>	<p>huius vitae terminum, qui per octoginta designatur, ad unitatem suae simplicitatis redeat, a qua prius discesserat cum ad humanum corpus regendum descendebat.</p> <p>quod autem in octoginta meta²⁴ humanae vitae naturaliter consistat, propheta declarat: Si, inquit, in valetudine octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor.</p> <p>hanc quadruplam progressionem illum quaternarium animae, de quo supra locuti sumus, quidam intelligendum putant cumque, ad differentiam quaternarii corporis, quaternarium animae appellatum.</p>
--	--

<p>ГЛАВА VI. О ЧЕТВЕРИЧНОСТИ ТЕЛА</p> <p>Ведь телу также приписывается четверичность.</p> <p>Если душе изначально свойственна единичность, то телу двоичность.</p> <p>И тогда расчет чисел таков: дважды два - четыре, дважды четыре - восемь, дважды восемь - шестнадцать, дважды шестнадцать - тридцать два.</p> <p>Таким образом, на четвертый раз появляется число два, с которого начато умножение, и если продолжать умножение бесконечно, то несомненно число два будет возникать всегда на четвертый раз.</p> <p>И это свидетельствует о четверичности тела и дает понять, что все составленное из делимого и разложимого, как число два, и само является разложимым.</p> <p>Теперь, полагаю, ты достаточно ясно видишь, каким образом душа нисходит от умопостигаемого к чувственно воспринимаемому, когда она от чистоты простой мысли, не затемняемой никакими телесными образами, спускается к образам зрительно ощущаемых вещей, и наоборот - как она возвращается к блаженному состоянию, когда, отвращаясь от телесного, она поднимается к истокам своей природы и обретает свой истинный лик.</p> <p>Чтобы было понятнее, скажу, что к умопостигаемому мы обращаемся мыслью,</p>	<p>CAPUT V De quaternario corporis.</p> <p>Nam corpori quoque suum assignant quaternarium.</p> <p>sicut monas animae, ita dias corpori congruit.</p> <p>dic: «bis duo fiunt quattuor,» dic: «bis quattuor fiunt octo,» dic: «bis octo fiunt sedecim,» dic: «bis sedecim fiunt triginta duo.»</p> <p>hic in quarto loco similiter idem numerus, id est binarius, a quo multiplicatio initium sumpsit, tibi occurrit, idemque si in infinitum processeris, indubitanter continget ut quarto semper gradu binarius emineat.</p> <p>et hic est quaternarius corporis, in quo intelligi datur omne quod a solubilibus compositionem accipit ipsum quoque esse dissolubile.</p> <p>vides nunc satis aperte, ut puto, quomodo animae de intellectibilibus ad intelligibilia degenerant, quado a puritate simplicis intelligentiae, quae nulla corporum fuscatur imagine, ad visibilium imaginationem descendunt rursumque beatiores fiunt, quando se ab hac distractione ad simplicem naturae suae fontem colligentes, quasi quodam optimae figurae signo impressae, componuntur.</p> <p>est igitur, ut apertius dicam, intellectibile in nobis id quod est intelligentia, intelligibile vero</p>
--	--

²⁴ meta cone, pyramid; conica; column, turning point at circus, goal; end, boundary;

<p>а к воспринимаемому - воображением. Мысль же - это чистое и истинное познание бестелесных субстанций, начал всех вещей, как Бог и идеи. А воображение - это сохраняющееся в душе воспоминание о чувственно воспринимавшихся телах, которое само по себе не несет никакого истинного знания о началах вещей. Чувства - это действия души, облеченной телом и приобретшей внешние качества.</p>	<p>id quod est imaginatio. intelligentia vero est de solis rerum principiis, id est, Deo, ideis, et hyle, et de incorporeis substantiis, pura certaue cognitio. imaginatio est memoria sensuum ex corporum reliquiis inhaerentibus animo, principium cognitionis per se nihil certum habens. sensus est passio animae in corpore ex qualitibus extra accidentibus.</p>
--	---

<p>ГЛАВА VII. О КВАДРИВИУМЕ</p> <p>Поскольку математика, как выше сказано, имеет дело с абстрактным количеством, то она подразделяется на различные познания в зависимости от видов количества. "Абстрактное же количество есть не что иное, как видимая форма размера, запечатлевающаяся в душе благодаря воображению". Такая форма бывает двоякой, одна непрерывная, называемая величиной, как величина дерева или камня, а другая прерывистая, называемая множеством, как стадо или народ. Что касается множества, то оно может быть самостоятельным, как три, четыре или другое число, а может быть относящимся к чему-либо, как половина, треть, две трети и т.д. Величины же бывают подвижные, как сфера мира, и неподвижные, как земля. Множествами, которые сами по себе существуют, занимается арифметика, а соотносимыми с чем-либо - музыка. О неподвижных величинах дает познание геометрия, а изучение подвижных берет на себя астрономия. Таким образом, математика делится на арифметику, музыку, геометрию и астрономию.</p>	<p>CAPUT VI De quadrivio</p> <p>Cum igitur, ut supradictum est, ad mathematicam proprie pertineat abstractam attendere quantitatem, in partibus quantitatis species eius quaerere oportet. quantitas abstracta nihil est aliud nisi forma visibilis secundum lineamentarem dimensionem animo impressa, quae in imaginatione consistit, cuius geminae sunt partes: una continua, ut arbor, lapis, quae magnitudo dicitur, alia discreta, ut grex, populus, quae multitudo appellatur. rursus multitudinis alia sunt per se, ut tres, quattuor, vel quilibet alter numerus, alia ad aliquid ut duplum, dimidium, sesquialterum, sesquitergium, vel quodlibet tale. magnitudinis vero alia sunt mobilia, ut sphaera mundi, alia immobilia, ut terra. multitudinem ergo quae per se est arithmetica speculatur, illam autem quae ad aliquid est, musica. immobilis magnitudinis geometria pollicetur notitiam. mobilis vero scientiam astronomicae disciplinae peritia vindicat. mathematica igitur dividitur in arithmetica, musicam, geometriam, astronomiam.</p>
--	--

<p>ГЛАВА VIII. ОБ АРИФМЕТИКЕ</p> <p>Это понятие происходит от греческих слов "ares", которое переводится как "доблесть", и "rithmus", то есть "число", и, значит,</p>	<p>CAPUT VII De arithmetica</p> <p>Ares Graece, virtus interpretatur Latine, rithmus numerus; inde arithmetica virtus numeri dicitur.</p>
---	---

<p>арифметика - это "доблесть чисел". Она названа так потому, что в основе всех вещей лежит подобие числам.</p>	<p>virtus autem numeri est, quod ad eius similitudinem cuncta formata sunt.</p>
<p>ГЛАВА IX. О МУЗЫКЕ</p>	<p>CAPUT VIII De musica</p>
<p>Музыка происходит от слова "moys", то есть "вода", поскольку без жидкости не может возникнуть никакая эвфония, или благозвучие.</p>	<p>Musica ab aqua vocabulum sumpsit, eo quod nulla euphonia, id est, bona sonoritas, sine humore fieri possit.</p>
<p>ГЛАВА X. О ГЕОМЕТРИИ</p>	<p>CAPUT IX De geometria</p>
<p>Геометрия значит "измерение земли", и наука эта ранее всего Появилась у египтян, поскольку во время наводнений Нила оседавший ил скрывал межевые разметки и им приходилось с помощью землемерных шестов и веревок всякий раз заново производить измерение земли, а поэтому наиболее мудрые из них изобрели способы измерения, которые стали прилагать к пространству моря и неба, и также и к любым другим телам.</p>	<p>Geometria mensura terrae interpretatur, eo quod haec disciplina primum ab Aegyptiis reperta sit, quorum terminos cum Nilus inundatione sua limo obduceret et confunderet limites, perticis et funibus terram mensurare coeperunt. deinde a sapientibus etiam ad spatia maris et caeli et aeris et quorumlibet corporum mensuranda deducta sunt et extensa.</p>
<p>ГЛАВА XI. ОБ АСТРОНОМИИ</p>	<p>CAPUT X De astronomia</p>
<p>Астрономия и астрология различаются, как кажется, тем, что астрономия означает "закон звезд", а астрология - это "рассуждение о звездах". "Номос" ведь это "закон", а "логос" - "слово". Поэтому астрономия предполагает изучение всего того, что касается закона звезд и вращения небесной сферы, а также стран света, орбит, движения небесных тел, восхода и захода небесных светил. Астрология же рассматривает звезды в их отношении к рождению и смерти людей, а также в связи с любыми другими событиями, и представление о таких связях отчасти основано на естественных знаниях, а отчасти является суеверием. Естественными представляются знания о воздействии небесных тел на земные, которое проявляется в здоровье, болезни, бесплодии, плодовитости этих последних [людей], а также в хорошей и плохой</p>	<p>Astronomia et astrologia in hoc differre videntur, quod astronomia de lege astrorum nomen sumpsit, astrologia autem dicta est quasi sermo de astris disserens. nomia enim lex et logos sermo interpretatur. ita astronomia videtur esse quae de lege astrorum et conversione caeli disserit, regiones, circulos, cursus, ortus et occasus siderum, et cur unumquodque ita vocetur, investigans. astrologia autem quae astra considerat secundum nativitatis et mortis et quorumlibet aliorum eventuum observantiam, quae partim naturalis est, partim superstitiosa; naturalis in complexionibus corporum, quae secundum superiorum contemperantiam variantur, ut sanitas, aegritudo, tempestas, serenitas, fertilitas et sterilitas;</p>

<p>погоде. Суеверием же является представление о влиянии звезд в том, что в действительности зависит от свободы человеческой воли.</p>	<p>superstitiosa, in contingentibus et his quae libero arbitrio subiacent, quam partem mathematici tractant.</p>
--	--

<p>ГЛАВА XII. ОБ АРИФМЕТИКЕ</p> <p>Предметом арифметики являются числа четные и нечетные, равные и неравные. Они бывают равно равными, неравно равными и равно неравными,</p> <p>а также первичными и простыми, вторичными и составными и такими, что сами по себе вторичны и сложны, а по отношению к другим - первичны.</p>	<p>CAPUT XI De arithmetica</p> <p>Arithmetica materiam habet parem et imparem numerum. par numerus alius est pariter par, alius pariter impar, alius impariter par. impar quoque numerus tres habet species. prima est primus et incompositus, secunda secundus et compositus, tertia per se secundus et compositus, ad alios comparatus primus et incompositus.</p>
---	--

КНИГА ТРЕТЬЯ	
---------------------	--

<p>ГЛАВА I. О НАУКЕ ФИЛОСОФИИ И ЕЕ РАЗДЕЛАХ</p> <p>Философия подразделяется на теоретическую, практическую, механическую и логическую. Теоретическая философия делится на теологию, физику и математику. Математика разделяется на арифметику, музыку и геометрию. Практическая философия бывает личной, частной и общественной.</p> <p>Механическая - делится на сукноделие, производство орудий, навигацию, агрикультуру, охоту, медицину и театральное дело.</p> <p>Логика подразделяется на грамматику и искусство рассуждения. Искусство рассуждения разделяется на доказательство, проверку истинности и софистику. Проверку истинности можно разделить на диалектику и риторику.</p> <p>При таком делении выявляются лишь делимые части философии, но есть и другие, как бы подразделы этих частей, однако нам сейчас будет достаточно и этих, в общем составляющих двадцать одно</p>	<p>CAPUT I De ordine et modo legendi et disciplina.</p> <p>Philosophia dividitur in theoreticam, practicam, mechanicam, logicam.</p> <p>theorica dividitur in theologiam, physicam, mathematicam. mathematica dividitur in arithmetica, musicam, geometriam, astronomiam. practica dividitur in solitariam, privatam, publicam.</p> <p>mechanica dividitur in lanificium, armaturam, navigationem, agriculturam, venationem, medicinam, theatricam.</p> <p>logica dividitur in grammaticam, dissertivam. dissertiva dividitur in demonstrationem, probabilem, sophisticam.</p> <p>probabilis dividitur in dialecticam, rhetoricam.</p> <p>in hac divisione solummodo divisivae partes philosophiae continentur. sunt aliae adhuc subdivisiones istarum partium, sed istae nunc sufficere possunt.</p> <p>in his igitur si solum numerum respicis, invenies</p>
--	--

<p>искусство.</p> <p>Их создателями являются разные люди. Одни были зачинателями, другие развивали, а третьи усовершенствовали эти искусства, поэтому их и связывают с деятельностью многих.</p> <p>И я сейчас назову по порядку имена лишь некоторых из них.</p>	<p>xxi; si gradus computare volueris, xxviii reperies. auctores harum scientiarum diversi leguntur. alii incipiendo, alii augendo, alii perficiendo artes invenerunt, sicque eiusdem artis plures saepe referuntur auctores.</p> <p>ex his paucorum nomina subter annumerabo.</p>
---	---

<p>ГЛАВА II. О СОЗДАТЕЛЯХ ИСКУССТВ</p> <p>Теологами у греков был Лин, у латинян Варрон", а в наше время - Иоанн Скотт, автор "Десяти категорий о Боге".</p> <p>Натуральную физику открыл первым у греков Фалес Милетский, а у латинян о ней писал Плиний.</p> <p>Арифметику изобрел Пифагор Самосский, а описал ее Никомах. У латинян же первым о ней написал Апулей, а затем Боэций. Тот же Пифагор написал книгу с изложением учения о квадривиуме и нашел сходство буквы "Y" с человеческой жизнью.</p> <p>Творцом музыки, по словам Моисея, был Тувалкаин, происходивший из потомства Каина; греки же таковым называли и Пифагора, и Меркурия, который первым изобрел тетрахорд, и Лина, а также Зета либо Амфиона.</p> <p>Геометрия, как считается, впервые была создана в Египте, а у греков ее основоположником был Эвклид. Это его искусство позднее изложил Боэций. Ученейшим по части геометрии был и Эратосфен, измеривший длину окружности. Говорят, что астрономию первым создал Хам, сын Ноя.</p> <p>Халдеи же первыми стали изучать астрологию, беря за основу время рождения человека.</p> <p>И Иосиф удостоверяет, что Авраам научил астрологии египтян.</p> <p>Позднее астрономию восстановил Птолемей, царь Египта, и он же установил правила расчета движения звезд.</p> <p>Другие же говорят, что величайшим астрономом был Немврод, у которого даже и само слово "астрономия" впервые</p>	<p>CAPUT II De auctoribus artium</p> <p>Theologus apud Graecos Linus fuit, apud Latinos, Varro, et nostri temporis, Ioannes Scotus de decem categoriis in Deum.</p> <p>physicam naturalem, apud Graecos, Thales Milesius unus de septem sapientibus repperit, apud Latinos, Plinius descripsit.</p> <p>arithmetica Samius Pythagoras invenit, Nicomachus scripsit. apud Latinos primum Apuleius, deinde Boethius transtulit. hic etiam Pythagoras Mathen tetrados fecit, id est, librum de doctrina quadrivii, et Y ad similitudinem vitae humanae invenit.</p> <p>musicae repertorem Moyses dicit fuisse Tubal, qui fuit de stirpe Cain, Graeci Pythagoram, alii Mercurium, qui primus tetrachordum instituit, alii Linum, vel Zetum, vel Amphionem.</p> <p>geometriam apud Aegyptum primum dicunt esse repertam, cuius auctor apud Graecos optimus Euclides fuit. huius artem transtulit Boethius. Eratosthenes quoque sagacissimus in geometria, qui ambitum orbis repperit.</p> <p>dicunt quidam quod Cham filius Noe astronomiam primus invenerit.</p> <p>Chaldaei primum astrologiam docuerunt, secundum nativitatis observantiam.</p> <p>Iosephus autem asseverat Abraham primum instituisse Aegyptios astrologiam.</p> <p>astronomiam Ptolomaeus rex Aegypti reparavit. hic etiam canones instituit quibus cursus astrorum invenitur.</p> <p>aiunt quidam Nemroth gigantem summum fuisse astrologum, sub cuius nomine etiam astronomia invenitur. Graeci dicunt hanc artem</p>
---	--

<p>встречается. Греки же полагали, что это искусство впервые было создано Атлантом, поскольку он, как считалось, поддерживал небосвод.</p> <p>Создателем этики был Сократ, который оставил после себя 24 книги о позитивной справедливости, а его ученик Платон в своих книгах "О государстве" описал оба вида справедливости, и позитивную и натуральную.</p> <p>Философ Фронтин написал книгу "Стратегематикон" о военном искусстве.</p> <p>У механики было много творцов. У греков первым занимался описанием сельского хозяйства Гесиод, а затем Демокрит. Также и карфагенянин Магон описал сельские труды в своих 27 книгах. У латинян же первым создал труд об агрикультуре Катон, у которого позднее много позаимствовал Марк Теренций Варрон. В свою очередь Вергилий создал "Георгики", чем позднее воспользовались Корнелий и Юлий Аттик, а затем Эмилиан, или Колумелла, знаменитый оратор, который своим сочинением объял все познания по агрикультуре. О ней написал также и Палладий.</p> <p>Труд "Об архитектуре" написал Витрувий. Ткачеству греков впервые, как считается, научила Минерва. Она же первой изобрела Станок и способы окраски тканей. Все это, узнав от нее, передал людям Дедал, и он, как полагают, стал после нее вторым создателем этого искусства.</p> <p>В Египте же сеянье льна пошло от Исиды, дочери Инаха, и она же научилась шить одежду. Подобным образом она научила использовать и шерсть. В Ливии впервые стали ткать шерсть в храме Аммона.</p> <p>Войны первым начал вести ассирийский царь Нин.</p> <p>Первым кузнецом, как полагают, был Вулкан, но согласно божественной истории таковым был Тувал.</p> <p>Прометей положил начало ношению перстней, соединив железное кольцо с драгоценным камнем.</p> <p>Пользоваться сосудами первыми стали пеласги.</p> <p>Пшеницу в Греции первой стала</p>	<p>ab Atlante prius excogitatam, propter quod etiam caelum sustinuisse fertur.</p> <p>ethicae inventor Socrates fuit, de qua viginti quattuor libros secundum positivam iustitiam scripsit. deinde Plato discipulus eius libros multos De republica secundum utramque iustitiam, naturalem scilicet et positivam, conscripsit.</p> <p>deinde Tullius in Latino sermone libros De republica ordinavit.</p> <p>Fronto quoque philosophus scripsit librum Strategematon, id est, militaris suavitatis.</p> <p>mechanica diversos habuit auctores. Hesiodus Ascraeus primus apud Graecos in describendis rebus rusticis studuit, deinde Democritus. magnus quoque Carthaginiensis in viginti octo voluminibus studium agriculturae conscripsit, apud Romanos primus Cato De agricultura instituit, quod deinde Marcus Terentius expolivit. Vergilius quoque Georgica fecit, deinde Cornelius et Iulius Atticus, Aemilianus sive Columella insignis orator, qui totum corpus disciplinae huius complexus est.</p> <p>Vitruvius quoque De architectura, Palladius De agricultura. [766D] lanificii usum apud Graecos primam Minervam monstrasse ferunt. hanc etiam primam telam ordinasse, lanas colorasse, olivae quoque et fabricae inventricem fuisse credunt. ab ipsa Daedalus didicit, et ipse post eam fabricam fecisse creditur.</p> <p>apud Aegyptum autem Isis filia Inachi usum serendi lini repperit, et qualiter inde vestimenta fierent, monstravit. similiter lanae usum ibidem ipsa repperit. in Lybia primum usus lanae exortus est a templo Ammonis.</p> <p>Ninus rex Assyriorum primus bella movit.</p> <p>Vulcanum primum fabrum fuisse credunt, divina autem historia, Tubal.</p> <p>primus Prometheus ferreo circulo lapidem imprimens usum anuli invenit.</p> <p>navigii usum Pelasgi primi invenerunt.</p> <p>Ceres primum in Graecia apud Eleusim usum</p>
--	--

<p>использовать Церера в Элевсине, а в Египте - Исида. В Италии же употребление пшеницы и полбы пошло от Пилумна, равно как и способы растирать и молоть зерно. А в Испании сеять хлеб стали благодаря Тагу. Культуру виноградников в Египте распространил Озирис, а среди жителей Индии - Либер.</p> <p>Стол и стул первым создал Дедал. Римлянин Апиций первым составил сочинение о поваренном искусстве, из-за этого в конце концов умер добровольной смертью, израсходовав [на это] все свои средства.</p> <p>Создателем медицины у греков был Аполлон, а сын его Эскулап развил это искусство благодаря своим трудам и подвижничеству, но он погиб от удара молнии, и на долгое время, почти на пятьсот лет, искусство врачевания исчезло, вплоть до времен царя Артаксеркса. А тогда его возродил Гиппократ, рожденный своим отцом Асклепием на острове Кос.</p> <p>Зрелища пошли от жителей Лидии, которые пришли из Азии и осели в Этрурии под предводительством Тиррена; среди некоторых народов распространились их суеверные обряды и представления; им стали подражать и римляне, приглашавшие их искусников; так что слово "зрелища" (ludi) происходит от лидянян (Lydi).</p> <p>Письменности евреев, как считается, положил начало закон Моисеев; халдеям и сирийцам ее дал Авраам; египетскую письменность создала Исида, а греческая идет от финикийской, которую из Финикии в Грецию принес Кадм. Латинскую же письменность создала Кармента, мать Эвандра, собственным именем которой было Никострата.</p> <p>Священную историю первым написал Моисей. Среди язычников первым создал Троянскую историю Дарет, которую, как говорят, он написал на пальмовых листьях. А после Дарета первым в Греции историком считается Геродот, за ним же следует Ферекид, который прославился в те же времена, когда Ездра писал свои законы. Басни изобрел, полагают, Алкмеон Кротонский.</p> <p>Итак, матерью искусств является Египет,</p>	<p>frumenti invenit, Isis in Aegypto. Pilmnus in Italia usum frumenti et farris et ritum molendi et pinsendi, Tagus in Hispania ritum serendi.</p> <p>Osiris apud Aegyptum cultum vinearum repperit, Liber apud Indos.</p> <p>Daedalus primus mensam et sellam fecit. Apicius quidam primus composuit apparatus coquinae, qui tandem in ea, consumptis bonis, morte voluntaria periit.</p> <p>medicinae auctor apud Graecos Apollo fuit, hanc filius eius Aesculapius laude et opere ampliavit, qui postquam fulmine periit. diu medendi cura intermissa est latuitque per annos paene quingentos, usque ad tempus Artaxerxis regis. tunc eam revocavit in lucem Hippocrates, Asclepio patre genitus in insula Coos.</p> <p>ludi a Lydis initium sumpsisse creduntur, qui ex Asia venientes in Etruria consederunt sub Tyrreno duce, ibique inter ceteros superstitionum suarum ritus spectacula instituerunt, quem morem Romani imitati sunt, accersitis inde artificibus, indeque ludi a Lydis vocati sunt.</p> <p>litterae Hebraeorum a Moyses per legem initium sumpsisse creduntur, Chaldaeorum et Syrorum per Abraham. Aegyptiorum litteras Isis invenit; Graecorum, Phoenices, quas Cadmus a Phoenice in Graeciam attulit. Carmentis, mater Evandri, quae proprio nomine Nicostrata vocabatur, Latinas litteras repperit.</p> <p>divinam historiam primus Moyses scripsit. Apud gentiles primus Dares Phrygius Troianam historiam edidit, quam in foliis palmarum ab eo scriptam esse ferunt. post Daretem, in Graecia Herodotus historicus primus habitus est, post quem Pherecydes hisdem temporibus claruit quibus Esdras legem scripsit. fabulas primum invenisse creditur Alcmon Crotoniensis.</p> <p>Aegyptus mater est artium, inde in Graeciam,</p>
---	--

<p>оттуда они пришли в Грецию, а из Греции - в Италию. В Египте впервые была создана во времена Озириса, мужа Исиды, грамматика. Диалектика в Греции была изобретена Парменидом, который бежал от городов и скопищ людей в горы, где провел немалое время и придумал диалектику, почему ее и называют иногда скалой Парменида.</p> <p>Платон после смерти своего учителя Сократа, движимый любовью к мудрости, поехал в Египет и, восприняв там свободные искусства, вернулся в Афины и на своей вилле Академии, собрав учеников, принялся обучать их философии. Он первым создал рациональную логику в Греции, а затем его ученик Аристотель ее развил, усовершенствовал и создал из нее искусство.</p> <p>Марк Теренций Варрон первым переложил диалектику с греческого на латинский. А позднее Цицерон добавил перевод топики. Демосфен считается основателем риторики у греков, Тисий - у латинян, а Коракс - у жителей Сиракуз. Риторика на греческом написана Аристотелем, Горгием, Гермагором, а на латинском излагалась Туллием, Квинтилианом и Татианом.</p>	<p>deinde in Italiam venerunt. in ea primum grammatica reperta est tempore Osiris, mariti Isidis. in ea quoque dialectica primum inventa est a Parmenide, qui civitates et coetus hominum fugiens in rupe consedit non modico tempore, sicque dialecticam excogitavit, unde et rupes Parmenidis appellata est.</p> <p>Plato autem post mortem Socratis magistri sui amore sapientiae Aegyptum demigravit, ibique perceptis liberalibus studiis, Athenas rediit, et apud Academiam, villam suam, coadunatis discipulis, philosophiae studiis operam dedit. hic primum logicam rationalem Graecis instituit, quam postea Aristoteles, discipulus eius, ampliavit, perfecit et in artem redegit.</p> <p>Marcus Terentius Varro primus dialecticam de Graeco in Latinum transtulit. postea Cicero Topica invenit. Demosthenes, fabri filius, apud Graecos rhetoricae repertor creditur, Tisias apud Latinos, Corax apud Syracusas. haec ab Aristotele et Gorgia et Hermagora in Graeco scripta est, translata in Latinum a Tullio, Quintiliano et Titiano.</p>
---	--

<p>ГЛАВА III. ЧТО СЛЕДУЕТ ЧИТАТЬ В ПЕРВУЮ ОЧЕРЕДЬ</p> <p>Из всех названных выше наук древние особенно предписывали познание семи наук, видя в них ту преимущественную пользу, что их твердое знание позволяет впоследствии понять и постичь другие науки.</p> <p>Они являются наилучшим орудием и средством познания, влекущего к постижению всей философской истины. Они носят имя тривиума и квадривиума, и благодаря их силам живой дух проникает в тайны премудрости. И никто не может удостоиться звания магистра, если не обладает познанием этих</p>	<p>CAPUT III Quae artes praecipue legendae sint</p> <p>Ex his autem omnibus scientiis supra enumeratis, septem specialiter discreverant antiqui in studiis suis ad opus erudiendorum, in quibus tantam utilitatem esse prae ceteris omnibus perspexerunt,</p> <p>ut, quisquis harum disciplinam firmiter percepisset, ad aliarum notitiam postea inquirendo magis et exercendo quam audiendo perveniret.</p> <p>sunt enim quasi optima quaedam instrumenta et rudimenta quibus via paratur animo ad plenam philosophicae veritatis notitiam.</p> <p>hinc trivium et quadrivium nomen accepit, eo quod his, quasi quibusdam viis, vivax animus ad secreta sophiae introeat.</p> <p>nemo tunc temporis nomine magistri dignus videbatur, qui non harum septem scientiam</p>
---	---

<p>семи наук. Пифагор, как известно, в своих занятиях установил такой обычай, что никто из его учеников не осмеливался в течение семи лет, по числу искусств, вопрошать его о сути того, что он излагает, но все они принимали на веру слова учителя, пока все не прослушивали, так что в итоге были способны самостоятельно определять суть наук.</p> <p>И эти семь искусств они изучали с таким усердием, что все их полностью держали в памяти, и если брали в руки чьи-либо сочинения или задавались целью что-либо разрешить или доказать, когда могли возникнуть сомнения, то они не рылись в книгах, а рассуждали ясно, держа все в памяти.</p> <p>Благодаря этому в те времена было столько мудрых людей, что они написали более, чем мы способны прочитать.</p> <p>Наши же магистры или не хотят, или не способны воспользоваться таким же способом обучения, и поэтому у нас много учащихся, но мало ученых.</p> <p>Я полагаю, что, Дабы не расточать бесплодно труды свои, нужно не менее позаботиться о чтении, нежели о том, чтобы не остывать в своих благих намерениях.</p> <p>Дурно поступает тот, кто пренебрегает благими делами, но еще хуже тот, кто напрасно растрчивает труды свои.</p> <p>Но поскольку далеко не все способны различать, что им идет на благо и какие сочинения им полезней читать, то я вкратце расскажу об этом и добавлю немного о способах рассуждения.</p>	<p>profiteri posset. Pythagoras quoque hanc in studiis suis consuetudinem servasse legitur, ut usque ad septenium, secundum numerum videlicet septem liberalium artium, nullus discipulorum suorum de his quae ab ipso dicebantur rationem poscere auderet, sed fidem dare verbis magistri quousque omnia audivisset, sicque iam per semetipsum rationem eorum posset invenire.</p> <p>has septem tanto studio quidam didicisse leguntur, ut plane omnes ita in memoria tenerent, ut, quascunque scripturas deinde ad manum sumpsissent, quascumque quaestiones solvendas aut comprobandas proposuissent, ex his regulas et rationes ad definiendum id de quo ambigeretur folia librorum revolvendo non quaerent, sed statim singula corde parata haberent.</p> <p>hinc profecto accidit tot eo tempore fuisse sapientes ut plura ipsi scriberent quam nos legere possimus.</p> <p>scholares vero nostri aut nolunt aut nesciunt modum congruum in discendo servare, et idcirco multos studentes, paucos sapientes invenimus.</p> <p>mihī vero videtur non minori cura providendum esse lectori, ne in studiis inutilibus operam suam expendat quam ne in bono et utili proposito tepidus remaneat.</p> <p>malum est bonum negligenter agere, peius est in vanum labores multos expendere.</p> <p>sed quia non omnes hanc discretionem habere possunt, ut intelligant quid sibi expediat, idcirco, quae scripturae mihi utiliores videantur, lectori breviter demonstrabo, ac deinde de modo quoque discendi pauca adnectam.</p>
--	--

<p>ГЛАВА IV. О ДВУХ ВИДАХ СОЧИНЕНИЙ</p> <p>Есть два вида сочинений. Первый - это те, что относятся непосредственно к семи искусствам. Второй же состоит из тех, что являются дополнением к искусствам. К искусствам относятся познания, относящиеся к философии, то есть</p>	<p>CAPUT IV De duobus generibus scripturarum</p> <p>Duo sunt genera scripturarum. primum genus est earum quae propriae artes appellantur. secundum est earum quae sunt appendicia artium. artes sunt quae philosophiae supponuntur, id est, quae aliquam certam et determinatam partem</p>
--	--

<p>содержащие какую-либо явную и определенную философскую материю, как, например, грамматика, диалектика и прочие того же рода.</p> <p>Дополнительными же к искусствам являются познания, которые лишь имеют отношение к философии, то есть содержащие какую-либо нефилософскую материю;</p> <p>иногда, правда, некоторые из них имеют нечеткие отличия от искусств, соприкасаясь с ними, либо же они прокладывают путь к философии, когда представляют собой простой рассказ о чем-либо.</p> <p>К этим последним относятся все поэтические сочинения - трагедии, комедии, сатиры, героические и лирические песни, ямбические стихи, назидательные сочинения, а также басни и истории; и даже сочинения тех, кого мы нынче обычно зовем философами, но которые имели привычку к простым вопросам подбираться долгими обходными путями и ясный смысл затемнять многословием либо, компилируя у всех понемногу, рисовать картину, наполняя ее заимствованными красками и формами.</p> <p>Заметь эти различия, о которых я сказал, ибо искусства и дополнительные к ним познания - это две разные вещи.</p> <p>И разница между ними мне кажется такой же, как и в этом случае: "Гибкая ива столь же уступает бледно-зеленой оливе, сколь и скромный гранат розовому нарду".</p> <p>Таким образом, если кто возжелает постичь науку, но ограничится лишь начатками той истины, что содержится в искусствах, он примет на себя не то что большой, но бесконечный труд с малыми результатами.</p> <p>Вообще занятия искусствами без дополнительных познаний способны привести читающего к совершенным знаниям, но без знания семи искусств никакого совершенства быть не может.</p> <p>Итак, для читателя в знаниях только одно достойно постижения и привлекательно - то, что имеет отношение к искусствам и отвечает им, и в них нечего искать чего-либо кроме того, что составляет искусства.</p>	<p>philosophiae materiam habent, ut est grammatica, dialectica, et ceterae huiusmodi.</p> <p>appendentia artium sunt quae tantum ad philosophiam spectant, id est, quae in aliqua extra philosophiam materia versantur.</p> <p>aliquando tamen quaedam ab artibus discerpta sparsim et confuse attingunt, vel si simplex narratio est, viam ad philosophiam praeparant.</p> <p>huiusmodi sunt omnia poetarum carmina, ut sunt tragoediae, comoediae, satirae, heroica quoque et lyrica, et iambica, et didascalica quaedam, fabulae quoque et historiae,</p> <p>illorum etiam scripta quos nunc philosophos appellare solemus, qui et brevem materiam longis verborum ambagibus extendere consueverunt, et facilem sensum perplexis sermonibus obscurare.</p> <p>vel etiam diversa simul compilantes, quasi de multis coloribus et formis, unam picturam facere.</p> <p>nota quae tibi distinxi. duo sunt, artes et appendicia artium.</p> <p>sed inter haec tanta mihi distantia esse videtur, ut ille ait: Lenta salix quantum pallenti cedit olivae, Puniceis humilis quantum saliuunca rosetis.</p> <p>ita ut quicumque ad scientiam pertingere cupit, si relictis veritate artium reliquis se implicare voluerit, materiam laboris, ut non dicam infinitam, plurimam inveniat et fructum exiguum.</p> <p>denique artes sine appendiciis suis perfectum facere lectorem possunt, illa sine artibus nihil perfectionis conferre valent,</p> <p>maxime cum nihil in se expetendum habeant unde lectorem invitent nisi traductum ab artibus et accommodatum, neque quisquam in eis quaerat nisi quod artium est.</p>
--	---

<p>По этой причине мне кажется, что прежде всего труды свои нужно посвятить постижению искусств, являющихся основой всего, и тогда откроется простая и чистая истина, когда постигнуты будут эти семь искусств - средства обретения всей философской мудрости.</p> <p>А уж потом, на досуге, можно почитать и другие сочинения, которые способны развлечь, перемежая серьезное чтение развлекательным, что идет на благо.</p> <p>Так, иногда мы запоминаем изречения, найденные в баснях.</p> <p>Таким образом, семь свободных искусств лежат в основе всякого учения, их прежде всего надлежит усвоить, ибо без них философская наука ничего не может и не способна ни объяснить, ни определить.</p>	<p>quapropter mihi videtur primum operam dandam esse artibus ubi fundamenta sunt omnium, et pura simplexque veritas aperitur, maxime his septem quas praedixi, quae totius philosophiae instrumenta sunt.</p> <p>deinde cetera quoque, si vacat, legantur, quia aliquando plus delectare solent seriis admixta ludicra, et raritas pretiosum facit bonum.</p> <p>sic in medio fabulae cursu inventam sententiam avidius aliquando retinemus.</p> <p>verumtamen in septem liberalibus artibus fundamentum est omnis doctrinae, quae prae ceteris omnibus ad manum habendae sunt, utpote sine quibus nihil solet aut potest disciplina philosophica explicare et definire.</p>
---	--

<p>ГЛАВА V. О ВЗАИМОСВЯЗИ ИСКУССТВ</p> <p>Они между собой связаны таким образом и требуют такой взаимной последовательности, что если хотя бы одно не будет освоено, то все прочие не помогут стать философом.</p> <p>Поэтому мне кажется, что заблуждаются те, кто, не принимая в расчет эту их взаимосвязь, выбирает некоторые из них, не занимаясь другими, и считает, будто сможет овладеть совершенным знанием.</p>	<p>hae quidem ita sibi cohaerent et alternis vicissim rationibus indigent, ut si vel una defuerit, ceterae philosophum facere non possunt.</p> <p>unde mihi errare videntur qui non attendentes talem in artibus cohaerentiam quasdam sibi ex ipsis eligunt, et, ceteris intactis, in his se posse fieri perfectos putant.</p>
--	--

<p>ГЛАВА VI. О СУЩНОСТИ ВСЯКОГО ИСКУССТВА</p> <p>Есть и другой, не менее значительный, чем упомянутый выше, вид заблуждения, которого следует всеми силами избегать. Бывают ведь такие, кто ничего не пропускает из того, что следует читать, но, не зная сущности всякого искусства, в одном каком-нибудь ищет и все другие. В грамматике ищут смысл силлогизмов, а в диалектике - падежное флектирование, а еще смешнее то, что они по одному названию книги берутся рассуждать о ее содержании, а возьмутся читать книгу, и с</p>	<p>CAPUT V Unicuique arti quod suum est tribuendum esse</p> <p>Est rursus alius error non multo minor isto, quem summopere vitare oportet. sunt enim quidam, qui licet ex his quae legenda sunt nihil praetermittant, nulli tamen arti quod suum est tribuere norunt, sed in singulis legunt omnes. in grammatica de syllogismorum ratione disputant, in dialectica inflexiones casuales inquirunt, et quod magis irrisione dignum est, in titulo totum paene legunt librum, et 'incipit' tertia vix lectione expediunt. non alios docent huiusmodi, sed ostentant suam scientiam. sed utinam quales mihi, tales omnibus apparerent! attende quam</p>
--	---

трудом одолевают с третьего раза ее начало. Если они наставляют кого, то не учат, а лишь бахвалятся своими познаниями. О, если бы все видели их такими, какими вижу их я!

Пойми, сколь дурна такая привычка; действительно, чем более ты будешь перегружать себя лишним, тем менее сможешь понимать и запоминать полезное. В любом искусстве есть две вещи, которые нам более всего нужно различать и понимать: во-первых, как пользоваться положениями какого-либо искусства, взятого само по себе; во-вторых, как использовать эти положения применительно к чему-либо другому. При этом можно двояким образом пользоваться искусством и использовать его. Например, грамматикой пользуется тот, кто рассуждает о нормах и правилах речи, и тот, кто регулярно разговаривает и пишет. В первом случае пользоваться грамматикой подобает лишь таким, как Присциан, Донат, Сервий и им подобные, а во втором случае - всем людям. Итак, если мы занимаемся каким-либо искусством, особенно если обучаем ему, когда все должно быть изложено в кратком виде ради лучшего усвоения, то достаточно материала самого этого искусства, по возможности более кратко и упорядочение излагаемого; если же чрезмерно использовать положения других искусств, то этим не столько наставим читателя, сколько смутим. Говорить нужно не все, что можем, дабы сказано было бы с пользой то, о чем нужно сказать. В любом искусстве ищи то, что составляет его особенность. Поэтому если будешь читать об искусствах и узнаешь, о чем по каждому из них следует знать и рассуждать, то после этого сможешь соотносить поочередно положения каждого из них. Из такого поочередного рассмотрения поймешь их последовательность. Пока не освоишь прямого нуги, не забегай на окольные, и если не будешь бояться заблудиться, станешь продвигаться уверенно.

perversa sit haec consuetudo, cum profecto quanto magis superflua aggregaveris, tanto minus ea quae utilia sunt capere possis vel retinere. in qualibet igitur arte duo nobis maxime discernenda sunt et distinguenda, primum, qualiter oporteat de ipsa arte agere, secundum, qualiter oporteat ipsius artis rationes quibuslibet aliis rebus accommodare. duo sunt, agere de arte, et agere per artem. verbi gratia, agere de arte, ut est agere de grammatica, agere per artem, ut est agere grammaticae. distingue haec duo, agere de grammatica, et agere grammaticae. de grammatica agit, qui regulas de vocibus datas et praecepta ad hanc artem pertinentia tractat. grammaticae agit omnis qui regulariter loquitur vel scribit. agere igitur de grammatica quibusdam tantummodo scripturis, ut Prisciano, Donato, Servio convenit, agere vero grammaticae, omnibus. cum igitur de qualibet arte agimus, maxime in docendo, ubi omnia ad compendium restringenda sunt [770B] et ad facilem intelligentiam evocanda, sufficere debet id de quo agitur quantum brevius et apertius potest explanare, ne si alienas nimium rationes multiplicaverimus, magis turbemus quam aedificemus lectorem. non omnia dicenda sunt quae dicere possumus, ne minus utiliter dicantur ea quae dicere debemus. id tandem in unaquaque arte quaeras quod ad eam specialiter pertinere constiterit. deinde cum legeris artes, et quid uniuscuiusque sit proprium agnoveris disputando et conferendo, tunc demum rationes singularum invicem conferre licebit, et ex alterna consideratione vicissim quae minus prius intellexeras investigare. noli multiplicare diverticula quoadusque semitas didiceris. securus discurre cum errare non timueris.

<p>УЧАЩИМСЯ</p> <p>Учащимся необходимы три вещи: природные способности, усердие и благонравие. От природы зависит, насколько легко усваивается услышанное и насколько твердо запоминается усвоенное. Усердие же нужно, чтобы трудом и прилежанием развить природные способности. А благонравие проявляется в похвальной жизни, когда добрые нравы соединяются с познаниями.</p> <p>А теперь о каждой из этих трех вещей мы немного расскажем в отдельности.</p>	<p>[770C] Quid sit necessarium studio.</p> <p>Tria sunt studentibus necessaria: natura, exercitium, disciplina. in natura consideratur ut facile audita percipiat et percepta firmiter retineat; in exercitio, ut labore et sedulitate naturalem sensum excolat; in disciplina, ut laudabiliter vivens mores cum scientia componat.</p> <p>de his tribus per singula modo introductionis pauca perstringemus.</p>
--	---

<p>ГЛАВА VIII. О СПОСОБНОСТЯХ И ПАМЯТИ, ЗАВИСЯЩИХ ОТ ПРИРОДЫ</p> <p>Немало есть людей, которых природа настолько обделила способностями, что они едва могут что-либо понимать. Одни эту свою тупость создают и изо всех сил пыhtят над наукой, полагая, что, изнемогая в трудах, усилием воли возместят недостаток способностей. Некоторые из них, чувствуя, что совсем не могут усвоить всю науку, бывает, пренебрегают даже и малым и, как бы в оцепенении засыпая, тем хуже видят свет высшей истины, чем более оставляют без внимания то, что способны выучить. О них-то и говорит Псалмопевец: "Не хочет он вразумиться, чтобы делать добро". Ведь между незнанием и нежеланием знать - разница большая. Незнание идет от бессилия, а пренебрежение к знанию - от дурной воли.</p> <p>А есть другой род людей, которых природа щедро одарила способностями и обеспечила им легкий путь к истине; но они, даже если и обладают равными способностями, отнюдь не одинаковую проявляют силу и волю в занятиях, чтобы овладеть наукой и развиты" естественные способности. Ведь большинство, предаваясь сверху меры мирским делам и заботам или же плотским порокам, талант свой, данный Богом, зарывают в землю и не имеют с него ни плодов науки, ни прибытка добрых дел, и это, право, достойно сожаления. Другим же семейная бедность и скудость средств"</p>	<p>CAPUT VII</p> <p>[771B] Hoc ad naturam de ingenio.</p> <p>Qui doctrinae operam dant, ingenio simul et memoria pollere debent, quae duo in omni studio et disciplina ita sibi cohaerent, ut si desit alterum, neminem alterum ad perfectum ducere possit, sicut nulla prodesse possunt lucra ubi deest custodia, et incassum receptacula munit qui quod recondat non habuerit. ingenium invenit et memoria custodit sapientiam. [771C] ingenium est vis quaedam naturaliter animo insita per se valens. ingenium a natura proficiscitur, usu iuvatur, immoderato labore retunditur, et temperato acuitur exercitio. unde satis eleganter a quodam dictum est: Volo tandem tibi parcas, labor est in chartis, curre per aera. duo sunt quae ingenium exercent: lectio et meditatio. lectio est, cum ex his quae scripta sunt, regulis et praeceptis informamur. trimodum est lectionis genus: docentis, discantis, vel per se inspicientis. dicimus enim 'lego librum illi,' et 'lego librum ab illo,' et 'lego librum.' in lectione maxime consideranda sunt ordo et modus.</p>
---	--

<p>умалывает способность к учению. Однако их за это полностью никак нельзя извинить, особенно если видишь, как многие, нуждаясь и в пище, и в питье, и в одежде, трудятся и тянутся к плодам науки. Ведь одно дело - не мочь, вернее - с трудом мочь учиться, а другое - мочь, но не желать. И сколь похвально, когда люди, отнюдь не отличающиеся избытком способностей, постигают премудрости науки одной лишь доблестью, столь постыдно, когда сильные своим талантом утопают и погрязают в праздности.</p> <p>Тот, кто отдаёт свои труды науке, должен быть одновременно силен способностью и памятью, которые во всяких занятиях и учениях столь взаимосвязаны, что если нет одной из них, то другая не сможет привести к совершенству, подобно тому как, не имея стражи, нельзя сохранить своего богатства, а не имея того, что нужно класть в кладовую, напрасно и возводить ее. Способность добывает, а память охраняет премудрость. Способность - это некая самоценная сила, естественно присущая духу. Ею наделяет природа, ее поддерживают какие-либо занятия, но неумеренные труды ее притупляют, а умеренные - оттачивают. Поэтому довольно остроумно сказано кем-то: "Желаю, наконец, чтоб ты щадил себя; тяжкий труд - эти книги, устал - и беги на воздух".</p> <p>Способности развиваются двумя способами - чтением и размышлением. Чтением мы из написанного узнаем о правилах и предписаниях. Чтение бывает трояким, в зависимости от того, учит ли человек, является ли обучаемым или самостоятельно читает. Ведь мы говорим: читаю книгу ему, слушаю, как он читает, или читаю книгу. При чтении нужно особенно заботиться о порядке и способе чтения.</p>	
---	--

<p>ГЛАВА X. О СПОСОБЕ ЧТЕНИЯ</p> <p>Читать нужно, разделяя изучаемые вещи, начиная от конечных постепенно переходить к бесконечным.</p>	<p>CAPUT IX De modo legendi</p> <p>Modus legendi in dividendo constat. omnis divisio incipit a finitis, et ad infinita usque progreditur.</p>
---	---

<p>Ведь всякое конечное явление более понятно и легче постижимо, поэтому обучение с таких более понятных вещей и начинается, а затем через них простирается и на вещи менее явные, которые мы изучаем с Помощью разума.</p> <p>Особенно важно уметь разделять и различать, когда мы от общих понятий переходим к частным и занимаемся расследованием природы отдельных вещей.</p> <p>Ведь всякое общее понятие более определено, чем частное.</p> <p>И когда мы что-либо изучаем, начинать нужно с того, что является более ясным и понятным.</p> <p>Так, постепенно продвигаясь путем разделения и различения, мы исследуем природу вещей.</p>	<p>omne autem finitum magis notum est et scientia comprehensibile. doctrina autem ab his quae magis nota sunt incipit, et per eorum notitiam ad scientiam eorum quae latent pertingit.</p> <p>praeterea ratione investigamus, ad quam proprie pertinet dividere, quando ab universalibus ad particularia descendimus dividendo et singulorum naturas investigando.</p> <p>omne namque universale magis est determinatum suis particularibus.</p> <p>quando ergo discimus, ab his incipere debemus quae magis sunt nota et determinata et complectentia,</p> <p>sicque paulatim descendendo, et per divisionem singula distinguendo, eorum quae continentur naturam investigare.</p>
---	---

<p>ГЛАВА XI. О РАЗМЫШЛЕНИИ</p> <p>Размышление - это рассуждение человека, который с помощью советов благоразумно исследует причины и начала, образ существования и пользу какой-либо вещи.</p> <p>Начало размышлению кладет чтение, но оно не должно сковываться какими-либо правилами и предписаниями.</p> <p>Ведь размышление должно приносить наслаждение, когда свободная мысль, озирая некоторое пространство, созерцает истину и проникает в причины то одних, то других вещей, погружаясь в их глубинную сущность и не оставляя ничего сомнительного и неясного.</p> <p>Начинают учение с чтения, а завершают его размышлением. И тот, кто научится любить науку и будет ей почаше предаваться, сделает радостной жизнь, а в тяготах обретет высшее утешение.</p> <p>А высшим утешением является такое, которое уводит душу от суеты земных дел и позволяет ей уже в этой жизни вкусить сладость небесного покоя.</p> <p>И если человек научится через сотворенные вещи размышлять и понимать творца, душа его равным образом и наукой будет просвещена, и радостным покоем обеспечена, поэтому высшее наслаждение</p>	<p>CAPUT X De meditatione</p> <p>Meditatio est cogitatio frequens cum consilio, quae causam et originem, modum et utilitatem uniuscuiusque rei prudenter investigat.</p> <p>meditatio principium sumit a lectione, nullis tamen stringitur regulis aut praeceptis lectionis.</p> <p>delectatur enim quodam aperto decurrere spatio, ubi liberam contemplandae veritati aciem affigat, et nunc has, nunc illas rerum causas perstringere, nunc autem profunda quaeque penetrare, nihil anceps, nihil obscurum relinquere.</p> <p>principium ergo doctrinae est in lectione, consummatio in meditatione, quam si quis familiarius amare didicerit eique saepius vacare voluerit, iucundam valde reddit vitam, et maximam in tribulatione praestat consolationem.</p> <p>ea enim maxime est, quae animam a terrenorum actuum strepitu segregat, et in hac vita etiam aeternae quietis dulcedinem quodammodo praegustare facit.</p> <p>cumque iam per ea quae facta sunt eum qui fecit omnia quaerere didicerit et intelligere, tunc animum pariter et scientia erudit et laetitia perfundit, unde fit ut maximum in meditatione sit oblectamentum.</p>
---	---

<p>обретается размышлением. Есть три вида размышления. В одном случае изучаются нравы, во втором - различные заповеди, в третьем - божественные деяния. В нравах различаются пороки и добродетели. Божественные заповеди бывают предписывающими, запрещающими и разрешающими. Божественные деяния создают потенции, эти деяния направляются мудростью, и им сопричастна благодать. Всем этим человек тем сильнее способен восхищаться, чем лучше он это познал и научился размышлять об удивительных деяниях Бога.</p>	<p>tria sunt genera meditationis. unum constat in circumspectione morum, aliud in scrutatione mandatorum, tertium in investigatione divinorum operum. mores sunt in vitiis et virtutibus. mandatum divinum, aliud praecipiens, aliud promittens, aliud terrens. opus Dei est, et quod creat potentia, et quod moderatur sapientia, et quod cooperatur gratia. quae omnia, quanta sint admiratione digna, tanto magis quisque novit, quanto attentius Dei mirabilia meditari consuevit.</p>
--	---

<p>ГЛАВА XII. О ПАМЯТИ</p> <p>Полагаю, что здесь обязательно нужно сказать и о памяти, ибо если благодаря способностям человек путем различения находит что-либо и изучает, то благодаря памяти он собирает и сохраняет изученное. Изучая, надлежит разделять и собирать познанное, препоручая его своей памяти. Собирать же знания, особенно такие, о которых много писали и рассуждали, значит, сводить их к некоему краткому и удобному своду, который древними назывался эпилогом, то есть сжатым изложением. Ведь всякое ученое рассуждение имеет некую основу, содержащую всю истину и суть его, и на эту основу опирается все остальное; собирая знания, именно эту основу нужно определить и понять. Она подобна источнику, в котором берут начало многие речки, и если ты проследишь их течение, то доберешься до этого единого источника и все поймешь. Я говорю это потому, что память человека несовершенна и она любит краткость, и если ее загружать многими вещами, она слабо будет удерживать каждую из них. Следовательно, мы должны из всякого учения выбирать нечто краткое и надежное, способное сохраниться в памяти так, чтобы</p>	<p>CAPUT XI De memoria</p> <p>De memoria hoc maxime in praesenti praetermittendum non esse existimo, quod sicut ingenium dividendo investigat et invenit, ita memoria colligendo custodit. oportet ergo ut, quae discendo divisimus, commendanda memoriae colligamus. colligere est ea de quibus prolixius vel scriptum vel disputatum est ad brevem quandam et compendiosam summam redigere, quae a maioribus epilogus, id est, brevis recapitulatio supradictorum appellata est. habet namque omnis tractatio aliquod principium, cui tota rei veritas et vis sententiae innititur, et ad ipsum cuncta alia referuntur. hoc quaerere et considerare colligere est. unus fons est et multi rivuli, quid anfractus fluminum sequeris? tene fontem et totum habes. hoc idcirco dico, quoniam memoria hominis hebes est et brevitate gaudet, et, si in multa dividitur, fit minor in singulis. debemus ergo in omni doctrina breve aliquid et certum colligere, quod in arcula memoriae recondatur, unde postmodum, cum res exigit,</p>
---	--

<p>позднее, когда понадобится, можно было из памяти это извлечь.</p> <p>Но все это необходимо почаще извлекать из залежей памяти на уста, дабы из-за долгого перерыва не забылось.</p> <p>Поэтому прошу тебя, читатель, не перегружай память, если будешь много читать, лучше побольше размышляй, и тогда и мыслить научишься, и сможешь многое запомнить.</p> <p>Иначе бесполезно будет и читать, и размышлять. Итак, как я уже, помнится, говорил, всем, кто занимается науками, необходимы способности и память.</p>	<p>reliqua deriventur.</p> <p>hoc etiam saepe replicare et de ventre memoriae ad palatum revocare necesse est, ne longa intermissione obsoleat.</p> <p>unde rogo te, o lector, ne nimium laeteris si multa legeris, sed si multa intellexeris nec tantum intellexeris sed retinere poteris.</p> <p>alioquin nec legere multum prodest, nec intelligere. quare superius me dixisse recolo eos qui doctrinae operam dant ingenio et memoria indigere.</p>
---	---

<p>ГЛАВА XIII. О БЛАГОНРАВИИ</p> <p>Однажды мудрец, когда его спросили о том, что требуется для овладения наукой, ответил: "Смиранный ум, усердие, безмятежная жизнь, свободная от земных забот, безмолвные занятия и бедность". Полагаю, что он согласился бы со словами "добрые нравы украшают науку", и поэтому к правилам чтения прибавляются и правила доброй жизни, и читателю следует знать и цель занятий, и необходимый образ жизни.</p> <p>Мало похвальна наука, запятнанная порочной жизнью.</p> <p>Так что тому, кто занимается наукой, следует особенно заботиться о добрых нравах.</p>	<p>CAPUT XII De disciplina</p> <p>Sapiens quidam cum de modo et forma discendi interrogaretur: Mens, inquit, humilis, studium quaerendi, vita quieta, scrutinium tacitum, paupertas, terra aliena, haec reserare solent multis obscura legendi. audierat, puto, quod dictum est: Mores ornant scientiam, et ideo praeceptis legendi, praecepta quoque vivendi, adiungit, ut et modum vitae suae et studii sui rationem lector agnoscat.</p> <p>illaudabilis est scientia quam vita maculat impudica.</p> <p>et idcirco summopere cavendum ei qui quaerit scientiam, ut non negligat disciplinam.</p>
--	--

<p>ГЛАВА XIV. О СМИРЕНИИ</p> <p>Основой добрых нравов является смирение, которое, как видно из многих примеров, должно проявляться в постигающем науку тройким образом. Во-первых, ему не следует выражать презрение к какой-либо науке или книге; во-вторых, ни от кого не нужно стыдиться получать познания; а в-третьих, овладев наукой, не стоит проявлять высокомерия.</p> <p>Многие люди впадают в соблазн представить себя раньше времени учеными. Надуваясь от важности, они начинают изображать то, чем не обладают, не испытывая стыда; в действительности же они, не будучи мудрыми, лишь хотят, чтобы</p>	<p>CAPUT XIII De humilitate</p> <p>Principium autem disciplinae humilitas est, cuius cum multa sint documenta, haec tria praecipue ad lectorem pertinent: primum, ut nullam scientiam, nullam scripturam vilem teneat, secundum, ut a nemine discere erubescat, tertium, ut cum scientiam adeptus fuerit, ceteros non contemnat.</p> <p>multos hoc decipit, quod ante tempus, sapientes videri volunt.</p> <p>hinc namque in quendam elationis tumorem prorumpunt, ut iam et simulare incipiant quod non sunt et quod sunt erubescere, eoque longius a sapientia recedunt quo non esse sapientes, sed</p>
---	---

<p>их таковыми считали. Немало есть таких выскочек, которые, не усвоив и начатков грамоты, уже почитают себя достойными занять место среди ученых мужей, причисляя себя к ним лишь потому, что читали труды или слушали речи мудрых и достойных людей. "Мы, - похваляются они, - видели их и читали их книги, и они часто беседовали с нами. Вот сколь великие и знаменитые люди знают нас". О, если б меня никто не знал, а я бы все познал! Но вы похвалаетесь не познаниями, а тем, что видели Платона, хотя я считаю вас недостойными и меня-то слушать. А ведь я не Платон и не заслужил его лицемерья. Вам хочется овладеть источником философии, но из чего после этого тогда жажду утолять будете? Даже цари после золотой вазы пьют из глиняного кувшина. Чего стыдитесь? Послушали Платона, выслушайте и Хрисиппа. И пословица говорит: "Чего не знаешь ты, возможно, знает и крестьянин". Никому не дано знать всего, но нет и такого человека, который от природы не мог бы воспринять что-либо духовное. Поэтому благоразумный учащийся всех охотно слушает и читает, не пренебрегая никакими книгами, людьми, учениями. И недостающее ему он ищет у всех без различия. Поэтому, как говорят, Платон сказал: "Предпочитаю чужому стыдливо поучиться, нежели свое бесстыдно навязывать". Почему стесняются учиться, но не стыдятся невежества, ведь стыд - невежде, а учащемуся - хвала. В то же время важно знать, как достичь вершины, если ты находишься внизу. Нужно позаботиться, чтобы тебе хватило сил; и успешней всего продвигается тот, кто делает это упорядоченно, а желающий сделать скачок падает в стремнину.</p>	<p>putari putant. eiusmodi multos novi, qui, cum primis adhuc elementis indigeant, non nisi summis interesse dignantur, et ex hoc solummodo se magnos fieri putant, si magnorum et sapientium vel scripta legerint vel audierint verba. 'nos,' inquit, 'vidimus illos. nos ab illis legimus. saepe nobis loqui illi solebant. illi summi, illi famosi, cognovertunt nos.' sed utinam me nemo agnoscat et ego cuncta noverim! Platonem vidisse, non intellexisse gloriamini. puto indignum vobis est deinceps ut me audiat. non ego sum Plato, nec Platonem videre merui. sufficit vobis: ipsum philosophiae fontem potastis, sed utinam adhuc sitiretis! rex post aurea pocula de vase bibit testeo. quid erubescitis? Platonem audistis, audiat et Chrysippum. in proverbio dicitur: Quod tu non nosti, fortassis novit Ofellus. nemo est cui omnia scire datum sit, neque quisquam rursus cui aliquid speciale a natura accepisse non contigerit. prudens igitur lector omnes libenter audit, omnia legit, non scripturam, non personam, non doctrinam spernit. indifferenter ab omnibus quod sibi deesse videt quaerit, nec quantum sciat, sed quantum ignoret, considerat. hinc illud Platonicum aiunt: Malo aliena verecunde discere, quam mea impudenter ingerere. cur enim discere erubescis, et nescire non verecundaris? pudor iste maior est illo. aut quid summa affectas cum tu iaceas in imo? considera potius quid vires tuae ferre valeant. aptissime incedit, qui incedit ordinate. quidam dum magnum saltum facere volunt, praecipitium incidunt.</p>
---	--

<p>Избегай поэтому лишней спешки, и тогда быстрее освоишь науку.</p> <p>У всех охотно учись тому, чего не знаешь. Смирение сделает тебе понятным то, что природа дала другим, и будешь мудрее всех, если пожелаешь у всех учиться.</p> <p>Богаче всех тот, кто от всех берет. Никаким знанием не пренебрегай, ибо всякое знание на благо.</p> <p>Никакое писание или просто закон не обходи, ибо если и не пойдет на пользу, то и убытка не будет, тем более что всякое писание, по моему мнению, что-нибудь такое содержит, что в свое время и в своем месте пригодится; и если содержит что-либо особое, не встречающееся в других сочинениях, то внимательный читатель должен быть тем благодарнее, чем более редкое сведение он извлекает.</p> <p>Хорошо лишь то, что к лучшему побуждает. Если не можешь всего прочитать, читай то, что полезнее, и даже если способен будешь все прочитать, тем не менее не ко всему нужно одинаковый труд прилагать; об одном нужно читать, дабы не быть в неведении, о другом - чтобы иметь какое-то представление, ибо нередко мы во многое готовы поверить, о чем не имеем представления, а судить легче о том, что знаешь.</p> <p>Теперь ты видишь, сколь необходимо смирение, благодаря которому никакое знание не презирается и есть готовность учиться у всякого человека.</p> <p>Равным образом необходимо, если постигнешь какую-либо науку, не смотреть свысока на другие; этому пороку высокомерия подвержены те, кто свою науку чрезмерно высоко превозносят, и, утвердившись в этом своем мнении, другие науки, которых не знают, ни во что не ставят.</p> <p>Поэтому они и становятся болтунами, непонятно с чего похваляющимися, и ничтоже сумняшеся почитают себя первыми учеными, полагая, будто с ними их наука родилась, с ними и умрет.</p>	<p>noli ergo nimis festinare. hoc modo citius ad sapientiam pertinges.</p> <p>ab omnibus libenter disce quod tu nescis, quia humilitas commune tibi facere potest quod natura cuique proprium fecit.</p> <p>sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris.</p> <p>qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores sunt. nullam denique scientiam vilem teneas, quia omnis scientia bona est.</p> <p>nullam, si vacat, scripturam vel saltem legere contemnas.</p> <p>si nihil lucraris, nec perdis aliquid, maxime cum nulla scriptura sit, secundum meam aestimationem, quae aliquid expetendum non proponat, si convenienti loco et ordine tractetur; quae non aliquid etiam speciale habeat, quod diligens verbi scrutator alibi non inventum, quanto rarius, tanto gratius carpat.</p> <p>nihil tamen bonum est quod melius tollit.</p> <p>si omnia legere non potes, ea quae sunt utiliora lege.</p> <p>etiam si omnia legere potueris, non tamen idem omnibus labor impendendus est.</p> <p>sed quaedam ita legenda sunt ne sint incognita, quaedam vero ne sint inaudita, quia aliquando pluris esse credimus quod non audivimus, et facilius aestimatur res cuius fructus agnoscitur.</p> <p>videre nunc potes quam necessaria tibi sit haec humilitas, ut nullam scientiam vilipendas et ab omnibus libenter discas.</p> <p>similiter tibi quoque expedit, ut, cum tu aliquid sapere coeperis, ceteros non contemnas.</p> <p>hoc autem tumoris vitium hinc quibusdam accidit, quod suam scientiam nimis diligenter inspiciunt, et cum sibi aliquid esse visi fuerint, alios, quos non noverunt, tales nec esse nec potuisse fieri putant.</p> <p>hinc etiam ebullit, quod nugigeruli nunc quidam, nescio unde, gloriantes, priores patres simplicitatis arguunt, et secum natam, secum morituram credunt sapientiam.</p>
--	--

<p>Божественные писания они считают столь простыми, что их якобы и изучать не стоит, ибо всякий человек своим умом способен постичь сокрытую в них истину.</p> <p>Они морщат нос и отворачиваются от тех, кто изучает божественные науки, не понимая, что тем самым они оскорбляют Бога.</p> <p>Нет, не советую я подражать им.</p> <p>Добрый учащийся должен проявлять смирение и кротость, ему следует быть свободным от пустых забот и плотских соблазнов, усердным и прилежным, охотно учиться у всех и не бахвалиться своими познаниями, держаться подальше от пагубы ложных учений, подолгу всякую вещь изучать, прежде чем выносить о ней суждение, чтобы не казаться ученым, а быть им; ему нужно постичь разумом слова мудрости и постоянно держать их перед своим оком, как держат зеркало перед лицом.</p> <p>И если он что-либо темно [написанное] не поймет, пусть не спешит осуждать это, ибо хорошо не только то, что понятно.</p> <p>Таково должно быть смирение учащихся.</p>	<p>in divinis eloquiis ita simplicem loquendi modum esse aiunt, ut in eis magistros audire non oporteat, posse satis quemque proprio ingenio veritatis arcana penetrare.</p> <p>corrugant nasum et valgium torquent in lectores divinitatis, et non intelligunt quod Deo iniuriam faciunt,</p> <p>cuius verba pulchro quidem vocabulo simplicia, sed sensu pravo insipida praedicant.</p> <p>non est mei consilii huiusmodi imitari.</p> <p>bonus enim lector humilis debet esse et mansuetus, a curis inanibus et voluptatum illecebris prorsus alienus, diligens et sedulus, ut ab omnibus libenter discat, numquam de scientia sua praesumat, perversi dogmatis auctores quasi venena fugiat, diu rem pertractare antequam iudicet discat, non videri doctus, sed esse quaerat, dicta sapientium intellecta diligit, et ea semper coram oculis quasi speculum vultus sui tenere studeat.</p> <p>et si qua forte obscuriora intellectum eius non admiserint, non statim in vituperium prorumpat, ut nihil bonum esse credat, nisi quod ipse intelligere potuit.</p> <p>haec est humilitas disciplinae legentium.</p>
--	--

<p>ГЛАВА XV. ОБ УСЕРДИИ В УЧЕНИИ</p> <p>Усердие учащемуся потребно не менее, чем само учение.</p> <p>И если кто пожелает понять, чего добились древние благодаря любви к мудрости и сколь многое они оставили потомкам на память о своей доблести, то ему ясно станет, что его собственное усердие, сколь угодно великое, окажется все же меньшим, чем их.</p> <p>Ведь они и почестями пренебрегали, и от богатств отказывались, и находили удовольствие в наносимых им обидах, и наказаний не боялись, а некоторые удалялись от людей и поселялись в укромных обителях и пустынях, посвящая себя одной лишь философии, чтобы созерцанием ее обрести большую свободу,</p>	<p>CAPUT XIV De studio quaerendi</p> <p>Studium quaerendi ad exercitium pertinet, in quo exhortatione magis quam doctrina lector indiget.</p> <p>qui enim diligenter inspicere voluerit quid antiqui propter amorem sapientiae pertulerint, quam memoranda posteris virtutis suae monimenta reliquerint, quamlibet suam diligentiam inferiorem esse videbit.</p> <p>alii calcabant honores, alii proiecerunt divitias, alii acceptis iniuriis gaudebant, alii poenas spreverunt, alii contubernia hominum deserentes, ultimos recessus et secreta eremi penetrantes, soli se philosophiae dedicabant, ut eo contemplationi vacarent liberius, quo nullis quae virtutis iter impedire solent cupiditatibus animum subiecissent.</p>
---	--

<p>благодаря которой дух становится неподвластным всем тем страстям, что обычно сбивают с добродетельного пути.</p> <p>Философ Парменид, как пишут, пятнадцать лет просидел в скалах Египта.</p> <p>А Прометей, как известно, из-за чрезмерной любви к размышлениям стал в Кавказских горах жертвой коршуна.</p> <p>Они ведь все понимали, что истинное благо - в чистой совести, а не в человеческих мнениях; и что не люди уже те, кто, привязавшись к телесным вещам, не сознает своего истинного блага.</p> <p>Поэтому насколько сильнее они своим умом и интеллектом отличались от других людей, настолько дальше они и уходили от них, дабы не жить вместе с теми, кто не разделял их устремлений.</p> <p>Некто спросил однажды у философа: "Разве не видишь ты, как над тобой насмеваются люди?"</p> <p>И тот ответил: "Они надо мной насмеваются, а над ними насмеваются даже ослы".</p> <p>Ты понимаешь, во что он ставил хвалу таких людей, чьей и хулы не страшился.</p> <p>О другом же философе можно прочитать, что он после изучения всех наук и постижения тонкостей искусств занялся гончарным делом;</p> <p>а еще об одном известно, что когда ученики его воздавали ему хвалу, то среди прочего славили его и за умение шить башмаки.</p> <p>Я хотел бы, чтобы наши учащиеся проявляли такое усердие, благодаря которому в них никогда бы не старела мудрость.</p> <p>Старого Давида согревала Ависага Сунамитянка, а любовь к мудрости, даже в дряхлеющем теле, не покидает своего возлюбленного.</p> <p>Почти все телесные способности изменяются у стариков, но если они убывают, то лишь одна мудрость может возрастать.</p> <p>Старость тех, кто молодость свою посвятил изучению почтенных искусств, делает учение, опытней, с течением времени мудрее, как бы принося им сладчайшие плоды былого учения.</p> <p>Поэтому-то мудрый греческий муж</p>	<p>Parmenides philosophus quindecim annis in rupe Aegyptia consedissee legitur.</p> <p>et Prometheus ob immodicam meditandi curam in monte Caucaso vulturi expositus memoratur.</p> <p>quia enim sciebant verum bonum non in aestimatione hominum sed in pura conscientia esse absconditum, et eos iam non homines esse, qui rebus perituris inhaerentes bonum suum non agnoscerent,</p> <p>ideo, quantum mente et intelligentia a ceteris differrent, ipsa locorum distantia demonstrabant, ne una teneret habitatio quos non eadem sociabat intentio.</p> <p>quidam philosopho referebat dicens: Numquid non vides quia te derident homines?</p> <p>et ille: Ipsi me, inquit, derident, et eos asini.</p> <p>cogita si potes, quanti aestimaverit laudari ab his, a quibus nec vituperari timuit.</p> <p>de alio rursus legitur, quod post omnia disciplinarum studia et artium acumina ad opus figuli descenderit.</p> <p>et alterius cuiusdam discipuli cum laudibus magistrum suum efferrerent, inter cetera nec sutoriae peritia eum carere gloriati sunt.</p> <p>hanc igitur diligentiam in nostris lectoribus esse vellem, ut numquam in eis senesceret sapientia.</p> <p>sola Abisag Sunamitis senem David calefecit quia amor sapientiae etiam marcescente corpore dilectorem suum non deserit.</p> <p>omnes paene virtutes corporis mutantur in senibus, et crescente sola sapientia, decrescunt cetera.</p> <p>senectus enim illorum qui adolescentiam suam honestis actibus instruxerunt, aetate fit doctior, usu tristior, processu temporis sapientior, et veterum studiorum dulcissimos fructus metit.</p> <p>unde et sapiens ille vir Graeciae, Themistocles,</p>
--	--

<p>Фемистокл, когда исполнилось ему сто семь лет и он почувствовал близость смерти, сказал, как известно: "Какая жалость, что приходится уходить из жизни, когда стал мудрым".</p> <p>Платон умер в восемьдесят один год, когда все еще писал.</p> <p>Сократ в течение девяноста девяти лет в тяжких трудах учил и писал.</p> <p>Помолчу уж о других философах, таких, как Пифагор, Демокрит, Ксенократ, Зенон и Элеат, которые в весьма преклонном возрасте все еще славились своим усердием и мудростью.</p> <p>Перейду теперь к поэтам - Гомеру, Гесиоду, Симониду, Терсилоху; и они с годами пели все лучше, а с приближением смерти исполняли наиболее сладостную лебединую песнь.</p> <p>А Софокл, когда совершенно состарился, то был из-за небрежения семейными делами обвинен своими в безумии, и тогда он написал "Эдипа", зачитал судьям и показал такую мудрость своего старческого возраста, что вместо сурового приговора обеспечил себе театральный успех.</p> <p>Не удивительно поэтому, что Катон - цензор и самый ясномыслящий римлянин, - будучи уже стариком, не побоялся и отважился изучать греческий язык.</p> <p>А Гомер сообщает, что из уст уже старого и почти дряхлого Нестора исходили особенно приятные речи.</p> <p>Так пойми же, сколь сильно любили они мудрость, если даже глубокая старость не отвращала их от нее.</p> <p>Такая сильная любовь к мудрости у стариков объясняет смысл упомянутого выше имени Ависаги.</p> <p>Ведь имя Ависага переводится как "отец мой преисполненный", или "громкий зов моего отца", что означает высшее изобилие божественных слов или их подобное грому звучание, перекрывающее человеческий голос.</p> <p>Ну, а Сунамитянка по-нашему значит "алая", что вполне подобающим образом передает страсть к мудрости.</p>	<p>cum expletis centum septem annis se mori cerneret, dixisse fertur se dolere quod egrederetur de vita quando sapere coepisset.</p> <p>Plato lxxxii anno scribens mortuus est.</p> <p>Socrates xcviiii annos in docendi scribendique dolore laboreque complevit.</p> <p>taceo ceteros philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem, et Eleantem qui iam aetate longaeva in sapientiae studiis floruerunt.</p> <p>Ad poetas venio, Homerum, Hesiodum, Simonidem, Tersicorum, qui grandes natu cysneum nescio quid et solito dulcius vicina morte cecinerunt.</p> <p>Sophocles cum post nimiam senectutem, et rei familiaris neglegentiam, a filiis accusaretur amentiae, Oedippi fabulam, quam nuper scripserat, recitavit iudici, et tantum sapientiae in aetate iam fracta specimen dedit, ut severitatem tribunalium in favorem theatri converteret.</p> <p>nec mirum cum etiam Cato censorius et Romani generis disertissimus, iam senex graecas litteras discere nec erubuerit nec desperaverit.</p> <p>certe Homerus refert quod de lingua Nestoris, iam vetuli et paene decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit.</p> <p>animadvertite igitur quantum amaverint sapientiam quos nec decrepita aetas ab eius inquisitione potuit revocare.</p> <p>iste igitur tantus amor sapientiae, tanta in senibus prudentiae abundantia, congrue etiam ex ipsius supradicti nominis interpretatione colligitur.</p> <p>interpretatur enim Abisag, pater meus superfluous, vel, patris mei rugitus, ex quo ostenditur abundantissimum, et ultra humanam vocem in senibus divini sermonis tonitruum commorari.</p> <p>verbum namque superfluum in hoc loco plenitudinem, non redundantiam, significat.</p> <p>porro Sunamitis in lingua nostra coccinea dicitur, quod satis convenienter fervorem sapientiae significare potest.</p>
---	---

<p>ГЛАВА XVI. О ЧЕТЫРЕХ ОСТАЛЬНЫХ УСЛОВИЯХ</p> <p>Четыре последних условия изучения наук последовательно относятся одни - к добронравию, другие - к усердию.</p> <p>ГЛАВА XVII. О СПОКОЙСТВИИ</p> <p>Спокойствие жизни бывает внутреннее, когда душа не смущается недозволенными желаниями, и внешнее, когда досуг и достаток позволяют предаться честным и полезным занятиям; и то, и другое относится к добронравию.</p>	<p>CAPUT XV De quattuor reliquis praeceptis</p> <p>Quattuor quae sequuntur sic alternatim disposita sunt, ut alterum semper ad disciplinam, alterum ad exercitium spectet.</p> <p>CAPUT XVI De quiete</p> <p>Vitae quies, sive interior, ut mens per illicita desideria non discurrat, sive exterior, ut otium et opportunitas honestis et utilibus studiis suppetat, utraque ad disciplinam pertinet.</p>
<p>ГЛАВА XVIII. ОБ ИЗЫСКАНИЯХ</p> <p>Изыскания суть размышление, и они относятся к усердию. Может показаться, что изыскания составляют часть усердия в учении, и тогда излишне было бы повторять то, о чем говорилось выше. Однако следует видеть различие между одним и другим: усердие в учении означает настойчивость в трудах, а изыскания - это старание в размышлении. Дело свершается трудом и любовью, совет порождается заботой и бдительностью. В труде проявляется то, как ты действуешь, в любви - как совершенствуешь дело, в заботе - как предвидишь, а в бдительности - насколько остерегаешься. Это четверо слуг, несущих паланкин Филологии, ибо они ум развивают и приуготовляют его к постижению мудрости. Ведь кресло Филологии есть седалище мудрости, которая продвигается благодаря упомянутым выше [слугам], ибо она обретается в их проявлении. Поэтому и говорят, что прекрасно, когда сильные юноши держат паланкин на уровне лица. И они - это любовь и труд, которые внешне дело свершают, затем - забота и бдительность, которые внутри, незаметно совет порождают.</p>	<p>CAPUT XVII [776D] De scrutinio</p> <p>Scrutinium autem, id est, meditatio, ad exercitium spectat. videtur autem scrutinium sub studio quaerendi contineri. quod, si verum est, superfluo repetitur, cum in superiori parte annumeratum sit. sed sciendum est hanc inter haec duo esse differentiam, quod studium quaerendi instantiam significat operis, scrutinium vero diligentiam meditationis. opus peragunt labor et amor, consilium pariunt cura et vigilia. in labore est, ut agas, in amore, ut perficias. in cura est, ut provideas, in vigilia, ut attendas. isti sunt quattuor pedisequi qui portant lecticam philologiae, quia mentem exercent cui sapientia praesidet. cathedra quippe philologiae sedes est sapientiae, quae his suppositis gestari dicitur, quoniam in his se exercendo promovetur. unde pulchre iuvenes propter robur a fronte lecticam tenere dicuntur, videlicet, philos et kophos, id est, amor et labor, quia foris opus peragunt; a posteriori, puellae, videlicet, philemia et agrimnia, quod interpretatur cura et vigilia, quia intus in secreto consilium pariunt.</p>

<p>Некоторые считают, что кресло Филологии подобно человеческому телу, где восседает разумная душа, а несут ее четверо слуг, каковыми являются четыре элемента: два высших - огонь и воздух - и два низших - земля и вода.</p>	<p>sunt quidam qui putant per cathedram philologiae humanum corpus significari, cui anima rationalis praesidet, quod ministri quattuor portant, id est, quattuor elementa componunt, e quibus duo superiora, id est, ignis et aer, actu et nomine masculina sunt, duo vero inferiora, id est, terra et aqua, feminina.</p>
--	--

<p>ГЛАВА XIX. ОБ УМЕРЕННОСТИ</p> <p>Учащимся также советуется быть умеренными, то есть не стремиться к излишнему, и это качество сопряжено с добронравием.</p> <p>Как говорится, слишком упитанное чрево притупляет чувства.</p> <p>Но что по этому поводу могли бы сказать учащиеся нашего времени, если они не только не соблюдают меры в своих учениях, но и трудятся даже сверх излишнего.</p> <p>Похваляться, однако, нужно не тем, что выучил, а тем, что постиг.</p> <p>Они же стремятся подражать своим учителям, о которых не знаю, что похвального можно сказать.</p>	<p>CAPUT XVIII De parcitate</p> <p>Paupertatem quoque lectoribus suadere voluit, id est, superflua non sectari, quod maxime ad disciplinam spectat.</p> <p>Pinguis enim venter, ut dicitur, tenuem non gignit sensum.</p> <p>sed quid ad haec scholares nostri temporis respondere poterunt, qui non solum in studiis suis frugalitatem sequi contemnunt, sed etiam supra id quod sunt divites videri laborant?</p> <p>nec iam quid didicerit quisque iactitat, sed quid expenderit.</p> <p>sed fortassis quia magistros suos imitari nolunt, de quibus, quid satis digne dicam, non invenio.</p>
<p>ГЛАВА XX. ОБ ИЗГНАНИИ</p> <p>И наконец, последний вопрос, который и сам по себе не Должен давать человеку покоя.</p> <p>Этот мир для философствующих является местом изгнания. Некто сказал: "Не знаю, какими чарами притягивает всех родная земля, не позволяя им забыть о своих".</p> <p>Однако главным основанием добродетели является стремление ищущего духа сначала постепенно отдалиться от видимых и преходящих вещей этого мира, а затем полностью презреть их.</p> <p>Отчизна сладостна слабому человеку, сильному - всякая земля отчизна, а для совершенного - весь этот мир является местом изгнания.</p> <p>Одного любовь привязывает к определенному месту, другого бросает по свету, третий же гасит в себе эту любовь.</p> <p>Я с детства жил в изгнании и знаю, сколь</p>	<p>CAPUT XIX De exsilio</p> <p>Postremo terra aliena posita est, quae et ipsa quoque hominem exercet.</p> <p>omnis mundus philosophantibus exsiliium est, quia tamen, ut ait quidam: Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, et immemores non sinit esse sui.</p> <p>magnum virtutis principium est, ut discat paulatim exercitatus animus visibilia haec et transitoria primum commutare, ut postmodum possit etiam derelinquere.</p> <p>delicatus ille est adhuc cui patria dulcis est; fortis autem iam, cui omne solum patria est; perfectus vero, cui mundus totus exsiliium est.</p> <p>ille mundo amorem fixit, iste sparsit, hic exstinxit.</p> <p>ego a puero exsulavi, et scio quo maerore</p>

тяжко бывает покидать свою даже убогую хижину и с какой свободой впоследствии душа оглядывается на покинутых мраморных ларов и свой прекрасный дом.	animus artum aliquando pauperis tugurii fundum deserat, qua libertate postea marmoreos lares et tecta laqueata despiciat.
---	---